# DE IVRE PRINCIPVM AC PROCERVM GERMANIAE SERVITIA AVLICA A VASALLIS NOBILIBVS EXIGENDI

COMMENTATIO



AVSPICIIS

PROFESSIONIS IVRIS EXTRAORDINARIAE

DIE XXIII. SEPTEMBRIS

ORATIONE SOLLEMNI

RITE CAPIENDIS

PRAEMISSA

A

IOANNE GEORGIO CRAMERO

I. V. D.

---

LIPSIAE

EX OFFICINA SAALBACHIANA

CIↃ IↃCC XXXXIIII.

# CONSPECTVS COMMENTATIONIS.



*§. X.*

§. X. *Vasallos nobiles omnes, cuiuscumque sint ordinis et dignitatis, ad seruitia aulica Dominis feudorum illustribus praestanda, ex antiquissima Germaniae consuetudine, obstrictos esse, commonstrat.*

§. XI. *Quinam ab eo vinculo exemti sint et immunes?*

§. XII. *De euocatione vasallorum nobilium ad seruitia aulica.*

§. XIII. *De iure dominorum illis apparatum, quo instructi comparere debent, praescribendi.*

§. XIIII. *Seruitia aulica ab ipsis vasallis nobilibus exhibenda, et seruitiis equestribus accensenda esse, docemus.*

§. XV. *Vtrum nobiles vasalli suis, an vero dominorum impensis seruitia aulica praestare debeant?*

§. XVI. *Num feloniae rei sint, et feudis iure multari possint, qui dominis suis illustribus istiusmodi seruitia sine iusta caussa denegant? disquiritur.*

§. XVII. *Inuitatio ad orationem inauguralem.*

§. I.

## §. I.

Non vnius in Germania generis ſunt ſeruitia aulica, Principibus et Proceribus a vaſallis nobilibus inde ab antiquiſſimis temporibus praeſtanda. Alia enim illis debentur ratione officiorum et feudorum palatinorum, ſiue aulicorum [a]; alia ratione feudorum militarium, militaribus alioquin ſeruitiis demerendorum. Scilicet ex vetuſtiſſima Germaniae conſuetudine vaſalli nobiles omnes, qui feuda militaria legitime adquiſiuerunt, dominis feudorum directis, illu-

 ſtri

a) Ita olim miniſteriales, quibus Principes ac Proceres Germaniae officia palatina et loco ſalarii feuda conferebant, ad ſeruitia aulica illis obſtricti erant. Vide CAROLI du FRESNE *Gloſſarium ad ſcriptores mediae et infimae Latinitatis*, in voce *miniſterialis;* Illuſtris IOANNIS GEORGII ESTORIS praeclaros *de Miniſterialibus commentarios cap. VII. §. CCCXXII. ſeq. pag. 459. ſeq.* IO. GOTTLOB HORNII *Partem I. Nützlicher Sammlungen zu einer hiſtoriſchen Hand-Bibliothec von Sachſen pag. 41. ſeq.* et CHRISTIANI GOTTLIEB RICCII *Partem I. des zuverlaeſslichen Entwurffs von dem Landſaeſſigen Adel in Teutſchland cap. XIII. §. I. pag. 144. ſeq.* Hodie etiam nobiles officiales hereditarii Procerum et prouinciarum Germaniae, *die edlen Erb-Beamten*, qui de officiis et feudis aulicis adhuc inueſtiuntur, nexu feudali domi-

ſtri dignitate conſpicuis, non ad militaria tantum, tempore belli et periculi imminentis, ſed ad aulica etiam ſeruitia, tempore pacis honoris cauſſa illis exhibenda, obſtricti ſunt; quam eorum obligationem Germani formulis: *in Ehren vnd Noethen* [b], *in Noth-vnd Ehren-Zügen* [c] indicare conſueuerunt. Quamquam autem iuris patrii argumentum de ſeruitiis miniſterialium & officialium hereditariorum aulicis ſatis illuſtrauerunt viri eruditiſſimi [d], atque interpretes iuris feudalis noſtrates de ſeruitiis militaribus reliquorum vaſallorum nobilium, qui

dominis deuincti ſunt, vt ſeruitiis, quae ad officia eorum ſpectant, in ſollemnitatibus aulicis defungantur. De his ex inſtituto agunt IOANNES WILHELMVS S. R. I. Comes de WVRMBRAND, et natalium ſplendore, et eruditionis exquiſitae ornamentis, et immortalibus in Domum Auſtriacam, immo vero Germaniam omnem meritis Illuſtriſſimus, in *commentatione* lectu digniſſima *de Hereditariis prouinciarum Auſtriacarum officialibus*, praeſertim *cap. XX.* atque Excellentiſſimus CHRISTIANVS GOTTLIEB BVDERVS in *diatriba* elaboratiſſima *de Feudis officialium hereditariorum Procerum et prouinciarum regni Germanici cap. IIII. §. V. pag. 46. ſeq.* et *cap. V. §. II. pag. 65. ſeq.*

b) Occurrit haec formula in pacto vnionis hereditariae Ducum Pomeraniae, Barnimi ſenioris, Ioannis Friderici, Bogislai, Erneſti Ludouici, Barnimi iunioris et Caſimiri, anno CIↃIↃLXVIIII. inito, apud IO. CHRISTIANVM LÜNIGIVM in *Parte II. Collectionis von der Mittelbaren oder Landſaeſſigen Ritterſchafft in Teutſchland pag. 180.* vbi Duces vaſallos ſuos nobiles admonent: *Daſs ein ieder, wie er Ihnen in Zeit Ehren vnd Noethen zu folgen, vnd zu zuziehen ſchuldig, - gefaſt ſeyn wolle.* Legitur etiam in Friderici Wilhelmi, Electoris Brandenburgici, litteris inueſtiturae, quas anno CIↃIↃCLXV. de dynaſtiis Pomeranicis Neugarten et Maſſow ſcripſit, in LÜNIGII *Tom. II. Corporis iuris feudalis Germanici pag. 1063.* vbi a vaſallo ſibi paciſcitur: *in Ehren vnd Noethen die gebührende Roſs-Dienſte zu leiſten.* Confer SAMVELIS STRYKII *diſſertationem de Feudis Pomeranicis cap. I. §. VI. pag. 13.* et ANDREAE KOHLII *Part. IIII. de Seruitiis feudalibus num. 77. pag. 167.*

c) Vide DAVIDIS MEVII *Delineationem der Pommeriſchen Landes-Verfaſſung*, quam Illuſtris WILHELMVS FRIDERICVS de PISTORIVS *Parti IIII. Amoenitatum hiſtorico-iuridicarum* inſeruit, *pag. 1030.* et ALBERTI GEORGII SCHWARTZII *Pommeriſche vnd Rügianiſche Lehn-Hiſtorie pag. 146. 667.*

d) Quos paullo ante laudaui in *nota: a.*

qui feuda militaria possident, fuse egerunt [e]; at de horum tamen ad aulica etiam seruitia, dominis honoris caussa praestanda, obligatione tam parum solliciti fuerunt, vt multi silentio eam plane praeterierint [f], pauci mentionem eius fecerint [g], paucissimi vnam alteramue de ea obseruationem singularem in medium attulerint [h]. Quemadmodum vero non Principum tantum et Procerum Germaniae; sed ipsorum etiam vasallorum nobilium interest, horum ad seruitia aulica obligationem in aprico poni; ita iam pridem singulari flagraui desiderio,



e) Non tantum in commentariis, syntagmatibus & compendiis iuris feudalis, verum nonnulli etiam ex instituto, inter quos eminent ANDREAS KOHLIVS, qui librum *de Seruitiis feudalibus*, et GEORGIVS ENGELBRECHT, qui dissertationem *de Seruitiis vasallorum militaribus* conscripsit.

f) Illi etiam, qui ius feudale integris, iisdemque maximae molis, voluminibus tradiderunt, nempe LVDOLPHVS SCHRADERVS et HENRICVS a ROSENTHAL.

g) Ita GEORGIVS ADAMVS STRVVIVS in *cap. XI. Syntagmatis iuris feudalis §. VII. eiusque nota I. pag. 422.* FRIDERICVS a SANDE in *Commentario in Gelriae et Zutphaniae consuetudines feudales tract. II. cap. II. num. 12. pag. 289.* IOANNES SCHILTERVS, sollertissimus alioquin institutorum Germaniae feudalium scrutator, in *Commentario ad cap. VI. Iuris feudalis Alemannici §. V. pag. 77.* CASPAR HENRICVS HORNIVS in *cap. XVIII. Iurisprudentiae feudalis §. V. pag. 460.* GOTTLIEB GERHARD TITIVS in *cap. XIIII. des Teutschen Lehn-Rechts §. XXI. pag. 382.* et PETRVS TORNOVIVS in *Tractatu de Feudis Mecklenburgicis*, eiusque *Parte I. Sect. IIII. §. X. pag. 330.* dum diuersas seruitiorum feudalium, a vasallis nobilibus praestandorum, species recensent, eos etiam ad seruitia aulica et honoraria, dominis in sollemnitatibus exhibenda, obligatos esse, paucis verbis et festinanter adnotant.

h) Nempe ANDREAS KOHLIVS in *Parte IIII. de Seruitiis feudalibus num. 77. pag. 167.* et *num. 99. 100. pag. 176.* BVRCHARDVS GOTTHELFF STRVVIVS in *cap. XVI Iurisprudentiae feudalis §. VI. pag. 475. §. XV. pag. 480. 490.* IOANNES LAVRENTIVS FLEISCHERVS in *cap. XVI. Institutionum iuris feudalis §. VI. pag. 650.* et *§. XX. pag. 667. seq.* atque HENRICVS CHRISTIANVS SENCKENBERGIVS in *Parte II. Primarum linearum iuris feudalis cap. XIII. §. CCCLXII. pag. 423. et seq.*

derio, vires ingenii in argumento illuſtri et multis adhuc tenebris inuoluto periclitandi. Conquiſiui ideo ſubſidia ad illud explanandum neceſſaria, atque illis inſtructus ad ipſam elaborationem acceſſi. Sed turbauit circulos morbus difficilis ac diuturnus, cum quo adeo conflictatus ſum, vt ſpes recuperandae ſanitatis fere decollaret. At factum tamen eſt ſingulari Summi Numinis prouidentia, quam aeternum venerabor, vt tandem eluctarer, et animi corporisque vires, morbi grauitate ac diuturnitate plane fractas et proſtratas, colligerem. Redii igitur ad inſtitutum, quod antea ſuſceperam, perficiendum, praeſertim cum me excitaret praeclarum exemplum viri litteratiſſimi atque celeberrimi, CHRISTIANI GOTTLIEB BVDERI, qui nuper quoque laborauit, vt argumento adhuc obſcuro lucem adferret [i]. Quomodo vero conatus mihi ſucceſſerit, LECTOR ERVDITVS et CANDIDVS iudicabit.

## §. II.

Seruitia vaſallorum nobilium aulica, de quibus nunc mihi agendum eſt, ita deſcribenda exiſtimo, quod ſint: *miniſteria, ex antiquiſſima Germaniae conſuetudine* [a], *dominis feudorum militarium directis* [b], *illuſtri dignitate conſpicuis* [c], *a vaſallis*

i) In *cap. XXIII. Amoenitatum iuris feudalis pag. 153.* et *ſeq.*

a) Quam in §. §. proxime ſequentibus ex monimentis rerum Germanicarum commonſtrabo.

b) Quae militaribus ceteroquin ſeruitiis demerenda ſunt, atque etiam feuda nobilia, equeſtria, *Adeliche Leben*, *Ritter-Leben*, *Rittermaeſſige Leben* nominantur; quoniam ex vetuſtiſſimis Germaniae inſtitutis non niſi nobilibus et equeſtris ordinis hominibus conferenda ſunt. Vide CAROLI du FRESNE *Gloſſarium ad ſcriptores mediae et infimae Latinitatis*, in vocibus: *feudum militare*; LÜNIGII *Tomum III. Corporis Iuris feudalis Germanici pag. 551. 635.*; BVRCH. GOTTHELFF STRVVII *cap. IIII. Iurisprudentiae feudalis § X. pag. 77. ſeq.* et *Tomum I. commentariorum meorum de Iuribus & praerogatiuis nobilitatis auitae, eiusque probatione, cap. V. §. V. pag. 300. ſeq.*

c) Nimirum Principibus, Comitibus et Baronibus, quos iure ſeruitia aulica a vaſallis nobilibus exigendi gaudere, §. *VIIII.* declarabit.

*lis nobilibus* [d], *qui eiusmodi feuda adquisiuerunt, in sollemnitatibus aulicis* [e], *honoris et splendoris caussa* [f], *exhibenda. Aulica* appellantur [g], quoniam in sollemnitatibus aulicis et plerumque in aula, curia et palatiis Dominorum praestantur. Quam ob rem iureconsulti nostrates ea etiam *seruitia curialia* et *palatina* vocant, frequentius autem *seruitia honoraria*, et aliquando *seruitia honoris*, *officia honoris* [h]; ea potissimum ratione, quod in sollemnitatibus honorificis, *in Ehren-Faellen*, et honoris caussa, dominis exhibenda sunt. Nonnulli *seruitiorum paganorum* denominatione, quamquam ea paullo

 latius

d) Et superioris et inferioris ordinis, de quibus sigillatim differendum in §. *X.*

e) Non tantum illis, quas domini ipsi instituunt, verum etiam in sollemnibus aulicis aliorum Principum et Procerum, ad quae domini feudorum illustres accedunt, id quod §. *V.* et *VI.* explanabunt.

f) Quemadmodum §. *VII.* docebit.

g) A IO. SCHILTERO in *Commentario ad Ius feudale Alemannicum* eiusque *cap. VI. §. V. pag. 77.;* CASP. HENRICO HORNIO in *cap. XVIII. Iurisprudentiae feudalis §. V. pag. 460.* HENRICO HILDEBRAND in *cap. II. dissertationis de Equo sequelae et feudali §. I. pag. 20.* et *§. VII. pag. 29.* BVRCH. GOTTHELFF STRVVIO in *cap. XVI. Iurisprudentiae feudalis §. VI.* et *XV. pag. 473. 489.* IO. GOTTLIEB HEINECCIO, in *Tomo I. Elementorum iuris Germanici Lib. I. Tit. III. §. LXXII. pag. 59.* IO. LAVRENTIO FLEISCHERO in *cap. XVI. Institutionum iuris feudalis §. XX. pag. 667. aliisque.*

h) Vide FRIDERICI a SANDE *Commentarium in Gelriae et Zutphaniae consuetudines feudales, tractat. II. cap. II. num. 12. pag. 280.* IO. SCHILTERI *Commentarium ad Ius feudale Alemannicum, citato loco pag. 77.* GEORG. ADAMI STRVVII *cap. XI. Syntagmatis iuris feudalis §. VII. n. I. pag. 422.* FRIDERICI MÜLLERI *Practicam ciuilem Marchicam, resolut. LXXII. num. 17. pag. 156.* SAM. STRYKII *cap. I. Dissertationis de Immunitate a seruitiis feudalibus §. VII. pag. 22.* IO. HENRICI Nobilis Domini de BERGER *dissertationem de Fide vasaillitica §. XVII.* HENR. HILDEBRAND *cap. III. Dissertationis de Denegatione seruitiorum feudalium §. V. pag. 36.* GEORGII ENGELBRECHT *cap. I. dissertationis de Seruitiis vasallorum militaribus §. II. pag. 5.* IO. CAROLI NAEVII *cap. IIII. des Lehn-Rechts §. I. pag. 70. 80.* et Celeberrimi BVDERI *cap. XXIII. Amoenitatum iuris feudalis pag. 153. et seq.*

latius pateat, aulica etiam complectuntur et a militaribus disiungunt [i]. Germani nostri olim seruitia vasallorum nobilium aulica appellatione *der Hof-Fart* designabant [k]. Sed recentiori aeuo vsu receptae sunt non inter priuatos tantum, verum in ipsis etiam Principum ac Procerum Germaniae curiis et stilo earum sollemni voces ac formulae Germanicae *derer Aufwartungen*, *Aufwartungen bey Sollennitaeten*, *Aufwartungen am Hofe*, itemque *derer Dienstwartungen*, *Dienstverrichtungen* [l]. At iureconsulti tamen nostri seruitia vasallorum nobilium

i) Nempe SAM. STRYKIVS in *cap. I. Dissertationis de Immunitate a seruitiis feudalibus §. VII. pag. 11. §. VIIII. pag. 18.* et in *dissertatione de Feudis Silesiae cap. V. §. XI. pag. 79.* CASP. HENR. HORNIVS in *cap. XVIII. Iurisprudentiae feudalis §. V. pag. 460.* GEORGIVS ENGELBRECHT in *cap. I. dissertationis de Seruitiis vasallorum militaribus §. II.* et *III. pag. 5. seq.* PETRVS TORNOVIVS in *Parte I. de Feudis Mecklenburgicis Sect. IIII. §. X. pag. 330.* et Perillustris IO. BALTHASAR Liber Baro de WERNHER, cuius celebratissimum nomen aeternitati iam pridem consecratum est, in *Parte I. Selectarum obseruationum forensium, obseruat. LXXVII. pag. 94. seq.*

k) IVS FEVDALE SAXONICVM *cap. LXXV.* in Amplissimi SENCKENBERGII *Corpore iuris feudalis Germanici pag. 212. Von burglen ist der man nicht phlichtic sime herren zu dinende, weder hoffvart, noch herevart: den vf der burg sal her wohnen, vnd sal sie weren, ab sie ez bedarf.* Confer IVS FEVDALE ALEMANNICVM *cap. CXXXVIIII. §. II. ibidem pag. 119.* et AVCTOREM *des Richtsteigs des Lehn-Rechts cap. XIII. XIIII. ibid. pag. 298. 301. 303.* vnde itidem apparet, vocem *Hof-Fart* seruitia vasallorum aulica, et *Heer-Fart*, seruitia militaria Germanis denotauisse. Nimirum verbum: *faren*, vel, vt hodie scribitur, *fahren*, medio aeuo etiam de equitantibus vsurpabatur, cum usum vehiculorum, quibus honoratiores hodie vtuntur, maiores nostri olim ignorarent. Inde: *Zu Hofe faren* idem significabat atque ad aulam domini equitare, seruitiorum caussa. Vide SCHILTERI *Commentarium ad cap. VI. Iuris feudalis Alemannici §. V. pag. 77.* et *ad cap. VII. §. I. pag. 79.*

l) Perlustra documenta in LÜNIGII *Parte speciali des Reichs-Archivs Sect. IIII. pag. 178.* EIVSDEM *Tomo II. Corporis iuris feudalis Germanici pag. 744. 1454.* et in *Parte II. Collectionis von der Mittelbahren oder Landsaessigen Ritterschafft in Teutschland pag. 20. 122. §. 31. pag. 155 §. 41.* itemque in IO. IACOBI Equitis de WEINGARTEN *Codice Ferdinandeo-Leopoldino-Iosephino-Carolino, pro regno*

lium aulica, nostra lingua, etiam *Hof-Dienste*, *Ehren-Dienste*, *Hof- und Ehren-Dienste*, *Dienste in Ehren-Faellen*, *Ehren-Züge*, *Dienste in Ehren-Zügen*, *die Folge in Ehren-Zügen*, frequenter appellant [m].

## §. III.

Obligationem vasallorum nobilium ad seruitia aulica et honoraria vna cum ipsis feudis in Germania natam esse, veri videtur simillimum. Si enim feudorum natales, cum GEORGIO ADAMO STRVVIO [a], IACOBO CAROLO SPENERO [b], et aliis, qui hos sequuntur, in antiquissima Germania quaerimus, IVLIVS CAESAR [c] et GAIVS CORNELIVS TACITVS

*regno Bohemiae et incorporatis prouinciis pag. 70. 71.* Coniunge cum illis IO. SEBASTIANI MÜLLERI *Annales Serenissimae Domus Saxonicae pag. 274. 408. 475. 547. 589. 606.* DAVIDIS MEVII *Consilium XXXXIIII. num. 25.* et *66.* Perillustris Domini de WERNHER *Obseruationem forensem LXXVII. Part. I. pag. 95.* CHRISTIANI GOTTLIEB RICCII *Part. II. von dem Landsaessigen Adel in Teutschland pag. 387. 403.* et ALBERTI GEORGII SCHWARTZII *Pommerische vnd Rügianische Lehn-Historie pag. 904. 907. 954. 985. 1002. 1100.*

m) Vide SCHILTERI *Commentarium ad cap. VI. Iuris feudalis Alemannici §. V. pag. 77.* HORNII *Iurisprudentiam feudalem cap. XVIII. §. V. pag. 460.* TITII *Teutsches Lehn-Recht cap. XIIII. §. XXI. pag. 382.* NAEVII *Lehn-Recht cap IIII. §. I. pag. 79. seq. cap. XIII. §. V. pag. 436* et *§. VII. pag. 440. seq.* KOHLII *Part. IIII. de Seruitiis feudalibus, num. 77. pag. 176.* Perillustris Domini de WERNHER *Obseruationem forensem*, paullo ante citatam, in *Parte I. pag. 95.* HEINECCII *Tom. I. Elementorum Iuris Germanici Lib. I. Tit. III. § LXXII. pag. 59.* SENCKENBERGII *Part. II. Primarum linearum iuris feudalis cap. XIII. §. CCCLXXII. pag. 424.* BVDERI *cap. XIII. Amoenitatum iuris feudalis pag. 153.* et SCHWARTZII *Pommerische vnd Rügianische Lehn-Historie pag. 140. 232. 863.*

a) In *cap. I. Syntagmatis iuris feudalis § III. num. 3. pag. 9. seq.*

b) In *Obseruatione historico-feudali I. de Primis vestigiis feudorum, in Germanica antiquitate peruestigandis, §. IIII. seq. pag. 20. seq.*

c) *Lib. VI. de Bello Gallico cap. XV.* vbi: *Alterum*, inquit, *genus est equitum. Ii, cum est vsus, atque aliquod bellum incidit, omnes in bello versantur,*

TVS [d] nos docent, primos Principum Germaniae vasallos et ministeriales, quos illi *clientes*, *ambactos* et *comites* vocant, dominis non tantum in expeditionibus bellicis, sed pacis etiam tempore proximos adesse, eosque honoris et splendoris caussa comitari debuisse. Quodsi vero Francos primos feudorum conditores auctoresque fuisse, cum illustri CHRISTIANO THO-

*santur, atque eorum vt quisque est genere copiisque amplissimus, ita plurimos circum se ambactos clientesque habet. Hanc vnam gratiam potentiamque nouerunt.* Quos *equites* hoc loco nominat IVLIVS CAESAR, paullo ante in *cap. XIIII.* nobiles appellauit, nempe Proceres, qui soli olim apud Gallos aeque ac Germanos elogio nobilium conspicui erant, et quos recentior aetas in gradu nobilitatis superioris constituit, *den hohen Adel.* Vide, si placet, *Tom. I. commentariorum meorum de Iuribus et praerogatiuis nobilitatis auitae cap. II. §. VII. pag. 57. seq.* Quod vero *ambactorum* nomen inde a prima sua origine ministeriales denotauerit, ex genuinis monumentis probauerunt IO. DIECMANNVS in *Glossario Latino Theotisco pag. 84. seq.* illustres viri, IO. GEORGIVS ab ECKHART in *Commentario in Leges Salicas pag. 13. 32.* et IO. GEORGIVS ESTOR in *Commentario de Ministerialibus pag. 483.* atque Clarissimus WACHTERVS in *Glossario Germanico* ad vocem: *Ambacht pag. 48. Clientes* IVLIVM CAESAREM reliquos vasallos nominare, eo minus mirum cuiquam videbitur, quo certius est, inter clientes Romanorum et vasallos Germanorum magnam semper intercessisse similitudinem. Quam ob rem Germani ipsi succedente aeuo vasallos: clientes et feuda: clientelas crebro appellauerunt. Vide CAROLI du FRESNE *Glossarium ad scriptores mediae et infimae Latinitatis*, in voce: *cliens*, CAROLI IIII. Imperatoris *Auream Bullam Tit. I §. II.* et *VIIII.* ibique *Commentarium* Illustris Domini de LVDEWIG, quem rebus mortalium nuper ereptum dolemus, *Part. I. pag. 82.* et *132.* Confer etiam EIVSDEM *Ius clientelare Germanorum pag. 111. seq.*

d) *Cap. XIII. de Moribus Germanorum*, vbi: *Magna*, ait, *et comitum aemulatio, quibus primus apud Principem suum locus: et Principum, quibus plurimi et acerrimi comites. Haec dignitas, hae vires, magno semper electorum iuuenum globo circumdari; in pace decus, in bello praesidium. Nec solum in sua gente cuique, sed apud finitimas quoque ciuitates id nomen, ea gloria est, si numero ac virtute comitatus emineat.* Confer *cap. XIIII.* vnde apparet, eos, quos TACITVS Principum *comites* appellat, vasallis posterioris aeui fuisse quam simillimos, id quod ex instituto pluribusue argumentis commonstrauit Doctissimus SPENERVS, *citato loco §. VI.* atque etiam agnouit Illustris et

THOMASIO [e], aliisque haud paucis, qui sententiam eius amplexi sunt, nobis persuademus; CAPITVLARIA REGVM FRANCORVM nos quoque conuincunt, vassos et vasallos eorum nobiles ad seruitia palatina aeque ac militaria Regibus et dominis suis praestanda officii religione fuisse obstrictos [f]. Immo vero eadem



et omni posteritati Venerabilis HEINECCIVS in *Tom. I. Elementorum iuris Germanici Lib. I. Tit. III. §. LXVI. LXVII. pag. 46. 47.*

e) In *dissertatione de Originibus feudalibus.*

f) CAROLVS Magnus in *Capitulari II. anni* IↃCCCXII. *cap. VII.* in STEPHANI BALVZII *Tomo I. Capitularium Regum Francorum pag. 495. De vassis dominicis* (regiis scilicet) *qui adhuc intra casam* (palatium Regis, Imperatoris) *seruiunt, et tamen beneficia* (feuda) *habere noscuntur, statutum est, vt quicunque ex eis cum Domino Imperatore domi remanserint, vasallos suos casatos* (infeudatos, de feudis inuestitos) *secum non retineant, sed cum Comite, cuius pagenses sunt,* (cuius pago adscripti sunt) *ire* (in expeditionem nempe bellicam) *permittant.* Idem ad verbum repetitur in CAPITVLARIBVS REGVM FRANCORVM *Lib. III. cap. LXXIII. ibidem pag. 767.* in quorum *Lib. II. cap. XXIIII. ibidem pag. 743.* haec etiam constitutio legitur: *Vassi quoque et vasalli nostri, nobis famulantes, volumus vt condignum apud omnes habeant honorem*; et *Lib. IIII. cap. IIII. pag. 775. De vassis nostris, qui ad marcham nostram* (regni fines) *constituti sunt custodiendam, aut in longinquis regionibus sua habent beneficia,* (feuda) *vel res proprias,* (allodia) *vel etiam nobis assidue in palatio nostro seruiunt, et ideo non possunt assidua custodire placita* (iudicia publica:) *quam rem volumus vt Missi* (Legati, Commissarii) *nostri, vel Comes nobis notam faciant,* cetera. CAROLVS Caluus *Tit XXXVI. Capitularium cap. IIII.* in eiusdem BALVZII *Tomo II. pag. 176. Volumus & expresse mandamus Comitibus nostris, vt, sicut in XXIIII. capitulo secundi libri capitulorum decessorum nostrorum continetur, vasalli nostri, nobis et nostrae coniugi famulantes, condignum apud omnes honorem habeant.* Confer CAROLI du FRESNE *Glossarium ad scriptores mediae et infimae Latinitatis,* in vocibus: *casa, casare, casamentum, casatus, marcha, missi, pagus, placita, vassalli;* vbi ostendit, Carolingos vassorum et vassallorum denominationes promiscue, tamquam synonymas, vsurpasse. Egregie etiam ista Regum Francorum capitularia illustrat CHRISTOPHORVS LEHMANNVS in *Chronici Spirensis Lib. II. cap XIIII. pag. 65.* verbis, quae huc omnino transferenda sunt: *Den Koeniglichen Fraenckischen Hof, und dessen Amt haben allein der Adel und freye Leut bedienet, vnd die von Koeniglichen Geschlecht oder Stammen, oder sonst alten hohen Herkommens, hat man zu den hohen, vnd die geringeren Adels zu schlechteren*

eadem CAPITVLARIA haud obſcure indicant, Epiſcoporum etiam, Abbatum, Abbatiſſarum, Ducum et Comitum in regno Francorum vaſallos ad miniſteria aulica et domeſtica dominis ſuis itidem fuiſſe obligatos g.

§. IIII.

*ſchlechteren Dienſten gezogen, vnter denen dieienigen, ſo Koenigliche Leben getragen*, Vaſſi Dominici in palatio ſeruientes *geheiſſen. - Insgemein iſt dieſer Verrichtung darinn beſtanden, daſs ſie den Hof mit ihrer Anweſenheit helffen ſtaercken vnd anſehnlich machen, vnd dem Koenig in Aus- vnd Einziehen, vnd da man ihrer bedurfft, aufgewartet: Ferner, daſs ſie in Legationen vnd Verſchickungen ſich brauchen laſſen, insonders wann die ordinari Land-Gerichte hin vnd wieder im Reich gehalten worden, gemeiniglich die* Vaſſi Dominici *an ſtatt des Koenigs das Richterliche Amt beſeſſen. Vnd dann, wann Krieg vorgefallen, hat ein ieder wieder den Feind ſich ausrüſten vnd gebrauchen müſſen, er haette denn vom Koenig bey Hof oder daheim zu bleiben, Bewilligung erlangt.*

g) CAROLVS MAGNVS in *Capitulari primo anni* IↃCCCXII. *cap. IIII.* in BALVZII *Tomo I. pag. 491. De hominibus* (vaſallis) *Comitum caſatis* (infeudatis) *iſti ſunt excipiendi et bannum reuuadiare* (hoc eſt, de mulcta pro ſeruitiis militaribus, Regi ea exigenti non praeſtitis, vadibus datis cauere) *non iubeantur: duo, qui cum vxore eius domi dimiſſi fuerunt, et alii duo, qui propter miniſterium* (feudum) *eius cuſtodiendum et ſeruitium noſtrum* (palatinum nempe) *faciendum remanere iuſſi ſunt. In qua cauſſa modo praecipimus, ut quanta miniſteria* (feuda) *vnusquisque Comes* (a Rege) *habuerit, totiens duos homines* (vaſallos ſuos) *ad ea cuſtodienda domi dimittat, praeter illos duos, quos cum vxore ſua. Ceteros vero omnes ſecum pleniter habeat* (in expeditione nempe militari.) *Epiſcopus vero vel Abbas duos tantum de caſatis et laicis hominibus* (vaſallis) *ſuis domi dimittant.* LVDOVICVS Pius in *Capitulari quinto anni* IↃCCCXVIIII. *cap. XXVII. ibidem pag. 618. Vt vaſſi noſtri et vaſſi Epiſcoporum, Abbatum, Abbatiſſarum & Comitum, qui anno praeſente in hoſte* (expeditione bellica) *non fuerunt, heribannum reuuadient*, (de mulcta caueant) *exceptis his, qui propter neceſſarias cauſſas et a Domino ac genitore noſtro Karolo conſtitutas, domi dimiſſi fuerunt, id eſt, qui a Comite propter pacem conſeruandam, et propter coniugem ac domum eius cuſtodiendam, et ab Epiſcopo, vel Abbate, vel Abbatiſſa ſimiliter propter pacem conſeruandam, et propter fruges colligendas, et familiam conſtringendam, et Miſſos* (Legatos, Commiſſarios) *Regis recipiendos dimiſſi fuerunt.* Confer CAROLI du FRESNE *Gloſſarium* ad voces: *heribannum, miniſterium, vadium*, et EIVSDEM *diſſertationem V.* ad IOINVILLAM, in Illuſtris WILHELMI FRIDERICI de PISTORIVS *Parte I. Amoenitatum hiſtorico-iuridicarum pag. 110. ſeq.* vbi ille ex monimentis rerum Francicarum docuit, vaſallos nobiles Ducum,

Comi-

## §. IIII.

Antiquiſſimam illam vaſallorum nobilium ad ſeruitia aulica obligationem in Germania noſtra magis magisque firmauit ampliauitque mediorum ſaeculorum vſus. Atque non vno argumento inducor, vt credam, prioribus medii aeui ſaeculis non miniſteriales tantum, ſed reliquos etiam vaſallos nobiles, aut certe nonnullos ex eorum ordine, ſi numeroſior eſſet, ſemper in aula et comitatu Principum ac dominorum ſuorum fuiſſe. Primo enim turbae Germanorum perpetuae, quas barbara illa et effrenata diffidationum licentia excitauit, omnino poſtulauerunt, vt Principum ac Procerum ſecuritati proſpiceretur, ideoque vaſalli ipſis ſemper praeſto eſſent, inſtar ſatellitum et corporis cuſtodum [a]. Deinde non alios olim conſiliarios et

 mini-

Comitum et dynaſtarum Francicorum olim in curiis dominorum ſollemnibus comparere, illisque miniſtrare debuiſſe.

a) Huc ſpectat *conſtitutio de expeditione Romana*, quam multi Carolo Craſſo Imperatori tribuunt, alii autem grauioribus argumentis Conrado II. Salico, tamquam auctori, vindicant, *pag.* 257. editionis ab Excellentiſſimo GEBAVERO adornatae, verbis: *De eccleſiarum filiis vel domeſticis, id eſt, miniſterialibus, vel quorumcunque Principum clientela, qui quotidie ad ſeruiendum parati eſſe debent, ſtatuimus*, reliqua; praecipue vero *Henrici IIII. Imperatoris* diploma, quo fundationem monaſterii Rotenſis in Bauaria anno CIↃ LXXIII. confirmauit, in CAROLI MEICHELBECK *Tomo I. Hiſtoriae Friſingenſis pag.* 264 vbi: *Offeruntur viri militares, qui dicuntur miniſteriales, cum praediis et poſſeſſionibus ſuis, quos domi foriſque cuſtodes lateris habebat*, (nempe Chuno, Comes Palatinus, monaſterii conditor) *quibus etiam iura ſtatuit, vt monaſterii gloriam teneant, et Abbatibus libere ac regulariter ſubſtituendis honeſto loco, gradu et ordine deſeruiant.* Nemo non animaduertit, in hoc diplomate miniſterialium nomine vaſallos equeſtris ordinis quoscumque comprehendi, quae laxior vocis ſignificatio in aliis etiam medii aeui monumentis haud paucis occurrit. Vide Celeberrimi ESTORIS *Commentarios de Miniſterialibus pag.* 91. et *Obſeruationem iuris feudalis XVII. XVIII. XVIIII.* Ex verbis diplomatis: *quos domi foriſque cuſtodes lateris habebat*, liquido apparet, vaſallos nobiles dominis non tantum in aula coram adfuiſſe, ſed eos in itinere etiam comitari debuiſſe; id quod alia quoque hiſtoricorum teſtimonia ſatis confirmant.

ministros aulicos habuerunt Principes et Proceres Germaniae, quam vasallos suos nobiles et ministeriales [b]. Hos igitur in negotiis

mant. Vide SIFFRIDI, presbyteri Misnensis, *Chronicon Lib. II.* ad annum CIↃ CC XXXI. in IOANNIS PISTORII *Tomo I. Scriptorum rerum Germanicarum pag. 1043.* editionis nouissimae; ANONYMI *Historiam Leutoldi de Chuenring*, dynastae Austriaci, in Illustris Domini de LVDEWIG *Tomo IIII. Reliquiarum manu scriptorum omnis aeui diplomatum ac monumentorum ineditorum, pag. 130.* et IOANNIS NOHII *Chronicon Hassiacum cap. LVIIII.* in Domini SENCKENBERGII *Tomo V. Selectorum iuris et historiarum pag. 467.* Neque igitur mirum cuiquam videbitur, quod in scriptoribus mediae aetatis sint nonnulli, qui vasallos nobiles *satellites* appellare non dubitauerint. Vide HELMOLDI *Chronicon Slauorum Lib. II. cap. II. num. 4.* in Illustris LEIBNITII *Tom. II. Scriptorum rerum Brunsuicensium pag. 619.* DITMARI, Episcopi Martisburgensis, *Chronicon Lib. IIII.* in eiusdem LEIBNITII *Tomo I. pag. 348.* et CAROLI du FRESNE *Glossarium*, in voce: *satelles.* Recte enim doctissimus AVCTOR *des Gründlichen Beweises, daß ein Fürste berechtiget sey, die Ritter-Dienste entweder in den ersten vnd alten Zustand wieder zu setzen, oder ein proportionirliches Stücke Geld alle Iahr dauor zu fordern, pag. 33.* et *34.* obseruauit: *Daß der Adel vor diesen grossen Herren statt einer Leib-Wacht gedienet, die Stelle der heutigen Caualier-Guarde versehen, die Fürsten an allen Orten begleiten, vnd so wohl in dem Felde vnd Kriege, als zu Hause an ihrem Hofe beschützen müssen.*

b) Inter antiquissima vasallorum officia non infimo loco ponendum est, quod inde a prima feudorum origine obstricti fuerint, vt dominos consilio iuuarent. Non prouoco ad *Caroli Magni constitutionem de priuilegiis nobilium Francorum et Germanorum*, quam MELCHIOR GOLDASTVS *Tomo III. Constitutionum imperialium pag. 120.* inseruit, vbi Imperator ita illos adloquitur: *Ite, milites mei: vos heroes vocabimini, socii Regum, iudices criminum: viuite posthac laboris expertes, consulite Regibus publico nomine, fauete orphanis, iuuate pupillos, consilio circumdate Principes;* ea enim viris sagacioribus merito suspecta est: argumenta potius, quae locum dubitationi nullum relinquunt, haurio ex *Codice legum Normannicarum*, plenae fidei, quem in lucem produxit Illustris IOANNES PETRVS de LVDEWIG in *Tomo VII. Reliquiarum*, vbi *Lib. II. cap. XIII. pag. 177.* de Duce Normannorum haec constituta leguntur: *Liganciam autem* (hoc est, obligationem ligiam) *de omnibus hominibus* (vasallis) *totius prouinciae debet habere. Ex quo ei tenentur contra omnes homines, qui mori possunt et viuere, proprii corporis praebere consilii et auxilii iuuamentum;* atque ex formulis sacramenti feudalis, a vasallis praestandi, antiquissimis. Ita PETRVS PITHOEVS in *Collectione scriptorum XII. annalium et historiae Francorum pag. 508.* et GOLDASTVS in *Tomo II. Constitutionum imperialium pag. 291.* formulam iurisiurandi exhibent, quo olim in regno

negotiis belli et pacis in consilium vocabant [c]; ad cognoscen-
B 3 das

regno Francorum obstringebantur vasalli, his verbis conceptam: *Sic promitto ego, quia de isto die in antea* ( in posterum ) *Seniori* ( Domino ) *meo, quam diu vixero, fidelis et obediens et adiutor, quantumcunque plus et melius sciero et potuero, consilio et auxilio secundum meum ministerium in omnibus ero, absque fraude et malo ingenio.* Apud eumdem GOLDASTVM in *Tomo I. Constitutionum imperialium pag. 16.* exstat sacramentum feudale, quod Carolo Magno Comites, Capitanei et Valuasores in Italia dixerunt, his verbis: *Iuro per haec sancta Dei Euangelia, me in posterum fidelem ei futurum, vt vasallum Domino, nec id, quod mihi sub nomine fidelitatis commiserit, enunciaturum in eius detrimentum scientem.* Congruunt cum illis formulae iurisiurandi vasallorum, in IVRE FEVDALI LONGOBARDICO *Lib. II. Tit. V.* et *VII.* praescriptae. Inter feloniae etiam, feudi priuatione coercendae, species idem IVS FEVDALE *Tit. XVII. Libr. I.* refert, si vasallus arcana domini prodat. Confer SAM. STRYKII *dissertationem de Credentiae reuelatione cap. I. num. 1. seq.* et *cap. III. num. 4. seq.* Iraque, cum testatissima sit prisca vasallorum dominis consilio inseruiendi obligatio, satis perspicuis signis apparet caussa, cur Principes et Proceres Germaniae olim non opus habuerint, ut singulares sibi constituerent consiliarios, quippe quorum vices vasalli eorum sustinebant. Neque opera aliorum ministrorum illi indigebant, cum reliquis etiam officiis ac ministeriis aulicis, quae dominis necessaria erant, defungerentur vasalli nobiles et ministeriales; quemadmodum ex iis, quae infra adducentur, elucebit.

c) CONRADVS de FABARIA, S. Othmari presbyter, *de Casibus monasterii S. Galli cap. XIII.* in GOLDASTI *Tomo I. Scriptorum rerum Alemannicarum pag. 81.* de Conrado de Bussnang, Abbate S. Galli: *Ministeriales vero huiusmodi verborum aggredi attemptabat schematibus: O praeclarissimi milites B. Galli, vos prosapia generis et nobilitas ac magnificentia ecclesiae magnificauit, immo et ipsa in vobis magnificatur et in filiis vestris. En cernitis, in quantis ecclesia iam fluctuet periculis et antecessorum nostrorum negligentia? Prouidendum est vestrae, vt credo, et nobilitati et propagini, ne in manus incidamus eorum, de quibus non facile poterimus eripi. Hi autem Romani sunt, qui rodunt ad vnguem, nec est qui contradicat, cum ipsi sint stimulus, qui fecit homines calcitrare, dum a nullo ipsi recalcitrentur. - - Permoti omnes huiusmodi verbis, subueniendum esse quilibet pro modulo suo acclamabat.* LIEMARVS, Archiepiscopus Bremensis, in transactione cum Gerhardo de Stumpenhausen anno CIↃ LXXXVIII. inita, apud LÜNIGIVM in *Partis I. Spicilegii ecclesiastici Continuat.* eiusque *appendice num. XXXXVII. pag. 52. Cum in villa, quae dicitur Acheim, Nos et Dux Magnus et reliqui milites ecclesiae nostrae quibusdam de caussis colloquium haberemus,*

das et decidendas cauſſas et controuerſias feudales [d] pariter atque

*mus*, cetera. CONRADVS Comes Luzelburgenſis (Luxemburgenſis) in diplomate de anno CIↃ CXXXV. apud ZYLLESIVM in *Defenſione Abbatiae S. Maximini pag. 53* et LÜNIGIVM in citata *Partis I. ſpicilegii eccleſiaſtici Continuat. num. CXVII. pag. 280. Poſtquam, prouidente Deo, poſt deceſſum piiſſimi genitoris noſtri, Wilhelmi Comitis, de manu Regia, quidquid iuris noſtri eſt, cum omni integritate recepimus, conſilio fidelium noſtrorum, quid nos hominibus noſtris, quid nobis homines noſtri, quid nos eccleſiis, quid nobis eccleſiae ad aduocatiam noſtram ſpectantes deberent, ſollicite perſcrutari ſtuduimus.* Confer IO. FRIDERICI a SANDE *Commentarium in Gelriae et Zutphaniae conſuetudines feudales*, eiusque *tractationem praeliminarem num. 16.* ſub finem; Venerandi Abbatis IO. FRID. SCHANNAT *Part. I. Clientelae Fuldenſis cap. III. §. IIII pag. 49. cap. IIII. §. I. pag. 51.* et diplomata inter *probationes pag. 225. num. 67. pag. 231. num. 82.* et *pag. 361. num. 580.* Illuſtris ESTORIS *Commentarios de Miniſterialibus cap. III. ſect. V.* et *VI. pag. 203. ſeq.* CHRISTI. GOTTLIEB RICCII *Part. I. von dem Landſaeſſigen Adel in Teutſchland cap. XVII. §. II. pag. 158.* et *cap. XVIII. pag. 161. ſeq.* ibique documenta in medium adducta, vnde etiam apparet, Principes et Proceres Germaniae ea de cauſſa vaſallos nobiles et miniſteriales *amicos* et *familiares* appellauiſſe. Immo vero proſtant medii aeui diplomata, in quibus illi *conſiliarii Principum* diſerte nominantur. Vide ALBERTI GEORGII SCHWARTZII *Pommeriſche vnd Rügianiſche Lehn-Hiſtorie pag. 232. 308.* et Domini SENCKENBERGII *Tom. II. Selectorum iuris et hiſtoriarum pag. 481. 487.*

d) AVCTOR VETVS *de Beneficiis cap. I. §. XVI.* in SENCKENBERGII *Corpore iuris feudalis Germanici pag. 160. Homo etiam Domino ſuo in hoc ſeruiat, vt beneficiales ſententias ſibi inueniat, cum Dominus eguerit* IVS FEVDALE SAXONICVM *cap. IIII. ibidem pag. 181. Der man ſal ouch ſime herren dinen dar mete, daz her ime vrteil vinde zu lenrechte.* IVS FEVDALE ALEMANNICVM *cap. XVIII. §. I. ibid. pag. 30. Ein Herre ſol zu dem mynſten zwoelff Man han, do er vmbe leben richtet.* Nimirum antiquiſſimo hoc priuilegio in Germania noſtra gauiſi ſunt vaſalli, vt lites eorum feudales non ab aliis diiudicarentur, quam a domino feudorum directo et paribus curiae, hoc eſt, connaſallis dignitate ipſis paribus, in eadem curia feudali inueſtitis, atque eumdem dominum agnoſcentibus. Vide IO. FRID. SCHANNAT *Clientelam Fuldenſem Part. I. cap. III. §. III. pag. 45. ſeq. Tomum I. commentariorum meorum de Iuribus et praerogatiuis nobilitatis auitae cap. V. §. VI. pag. 431. ſeq.* et praecipue Perilluſtris AVGVSTI FERDINANDI Liberi Baronis de ZECH eruditiſſimam diſſertationem *de Paribus curiae*, quam anno CIↃ IↃ CC XXXX. in hac Academia edidit, et, Praeſide Viro Summo, IOANNE IACOBO MASCOVIO, publice defendit.

que ciuiles [e], tamquam pares curiae et iudiciorum publicorum, quibus ipsi Principes et domini olim praesidebant [f], adsessores, aut

e) CONRADVS, Comes Luzelburgensis, in diplomate apud ZYLLESIVM et LÜNIGIVM locis, quae paullo ante indicaui in *nota: c. Vnde cum in Ecclesiam Beati Maximini proximo die post festum eiusdem gloriosi Confessoris venissemus, et in loco nobis praeparato vna cum Abbate Gerardo ad celebrandum placitum nostrum sedissemus, de omni iudicio nostro et praecipue de seruitio, quod ipso die nobis debetur, praesentibus liberis hominibus nostris, ministerialibus nostris et ministerialibus Ecclesiae, diligentius perscrutati sumus.* AVCTOR ANONYMVS *Chronici Erfordiensis*, quem Venerandus SCHANNAT in *Parte I. Vindemiarum litterariarum* in lucem produxit, *pag. 103.* de Henrico Illustri, Misniae Marchione, haec commemorat: *Anno Domini* CIↃCCL. *Marchio Misnensis in Mulhusen prouinciali praesedit iudicio, praesentibus multis terrae Baronibus.* Ipse Marchio, HENRICVS Illustris in diplomate, quod anno CIↃCCLXVII. scripsit, et IO. GOTTLOB HORNIVS *appendici commentarii sui de Henrico Illustri pag. 341.* inseruit: *Recognoscimus*, ait, *et tenore praesentium publice protestamur, quod inter Dominum Abbatem et Conventum in Dobirlug ex vna, et Dominum Iohannem de Sunnewalde ex parte altera, pro duabus villis Boren, nouo et antiquo, contentio verteretur, idemque Iohannes affirmaret, quod cum rustici dictarum villarum sui essent dediti, non possent bona sua preter ipsius voluntatem et consensum vel vendere, aut quomodolibet alienare, aliter predicto Domino Abbate contrarium asserente. Nos de consensu tam eiusdem Domini Abbatis, quam prefati Iohannis per interlocutoriam sententiam requisiuimus a subscriptis Bodone et Ottone fratribus de Ylburg, Alberto dapifero de Burne, Henrico camerario de Gnanstein, Lubezlao cellerario nostro de Luckow ac aliis fide dignis, quid iuris predictis partibus in casu competeret prenotato, qui omnes communiter affirmabant, quod predicti rustici predictarum villarum, non obstante quod essent dediti predicti Iohannis, bona sua prehabita possent vendere, dare, aut quocunque modo alienare, nec esset necesse suum consensum vel voluntatem requirere super eo.* Adde LVDOVICI IIII. Thuringiae Landgrauii diploma in SCHANNATI citata *Parte I. Vindemiarum pag. 119.* vbi litem inter coenobia Reinhardsborn et Vallis S. Georgii diu agitatam, *praesentibus Baronibus et optimatibus* suis, atque *ex vnanimi eorum sententia*, decidit; itemque diploma WICHMANNI, Archiepiscopi Magdeburgensis, in Domini de LVDEWIG *Tomo II. Reliquiarum pag. 347.* vbi controuersiam coenobii B. Mariae Magdeburgensis cum Conrado Scaph, ministeriali ecclesiae Magdeburgensis, *in praesentia quam plurium tam liberorum, quam ministerialium hominum suorum*, diremit.

f) Legas, velim, IOANNIS IOACHIMI MÜLLERI *Part. I. derer Iuristisch-historischen Electorum cap. IIII. pag. 201. seq.* vbi ex diplomatibus docuit:

aut commissarios g; atque ad alia quaecumque negotia, quae coram illis peragebantur, tamquam testes a latere fide dignissimos h, adhibebant, et ministeriis eorum aulicis, quoties honor et

cuit: Principes et Proceres Germaniae olim ex antiqua consuetudine obligatos fuisse, vt ipsi iudiciis publicis praeessent et subditis ius dicerent.

g) CONRADVS, Comes Luzelburgensis, in diplomate supra in *notis: c* et *e* huius §. citato: *Quod vt debito ordine processum haberet, Tybaldum de Bettingen, Wecelonem de Zoluer, Reynerum de Dumeldingen, vt communicato consilio cum paribus, siue de iure nostro, iuxta quod a patribus suis receperant, vel certe ex priuilegiis, quae in ipsa ecclesia sunt, cognouisse poterant, nobis referrent, monuimus.* HENRICVS Illustris, Misniae Marchio, in diplomate apud HORNIVM in *appendice commentarii de Henrico Illustri, pag. 350. Recognoscimus tenore praesentium, quod cum inter ceteras causas dissensionis, que vertebantur inter venerabilem patrem, Dominum Witigonem, Episcopum Misnensem, ex vna, et nos ex parte altera, super iudicio terrae Wurcinensis controuersia fuisset exorta, post multos tractatus hinc inde habitos, missis ad hoc et deputatis viris discretis ac fide dignis, ex parte nostri Alberto dapifero de Burnis, Rudigero de Schachov et Alberto de Luppa, militibus, ex parte vero Domini Episcopi, Domino Heidenrico Cantore, Domino Conrado Custode, dicto de Borus, et Domino Henrico Burlebant, milite, et Thamone de Schurnou ad inuestigandum de iudicio prenotato, vtrum ad nos vel ad Dominum Episcopum pertinere deberet, quorum assertione, prout a senioribus incolis terrae Wurcinensis ad hoc iuratis et requisitis didicerant et audierant, certissime et apertissime fuimus informati, dictum iudicium terrae Wurzinensis ad praefatum Dominum Episcopum et ecclesiam Misnensem absque omni dubio pertinere.* Lege etiam diploma eiusdem Marchionis, quod HORNIVS offert *ibid. pag. 357.*

h) In Illustris IO. PETRI de LVDEWIG *Reliquiis manu scriptorum omnis aeui diplomatum ac monumentorum ineditorum*, CAROLI MEICHELBECK *Historia Frisingensi*, IO. FRIDERICI SCHANNAT *Vindemiis litterariis* et *Corpore traditionum Fuldensium*, GEORGII CHRISTIANI IOANNIS *Spicilegio tabularum litterarumque veterum*, IO. HENRICI de FALCKENSTEIN *Codice diplomatico antiquitatum Nordgauiensium*, IO. PHILIPPI KVCHENBECKERI *Analectis Hassiacis*, HENR. CHRISTIANI SENCKENBERGII *Selectis iuris et historiarum*, aliisque diplomatum collectionibus innumerae passim occurrunt donationum, permutationum, venditionum, resignationum, transactionum, aliarumque pactionum, coram Principibus et Proceribus Germaniae confectarum, atque illorum auctoritate munitarum, tabulae, in quibus vasalli nobiles et ministeriales inter testes nominantur. Vnde manifesto liquet, negotiis tantum non omnibus, quae alicuius momenti erant, et

et dignitas dominorum ea expofceret, vtebantur [i]: adeoque comitatus omnisque ſplendor aulicus Principum et Procerum C Ger-

et coram illis expediebantur, nonnullos ex horum ordine praeſentes adfuiſſe. Confer Celeberrimi ESTORIS *Commentarios de Miniſterialibus cap. III. ſect. X. pag. 290.* et praeſertim longam diplomatum, quorum ſubſcriptiones recenſuit, ſeriem *pag. 641. ſeq.* itemque Doctiſſimi RICCII *Part. I. von dem Landſaeſſigen Adel in Teutſchland cap. XXII. pag. 177. ſeq.*

i) AVCTOR VETVS de Beneficiis *cap. II. §. XXXIIII.* in Domini SENCKENBERGII *Corpore iuris feudalis Germanici pag. 175. In die, qua homo ſtrepe tenet domino, aut ſententiam inuenit, aut aliquo ſibi ſeruit, beneficiali iuri non aſtabit domini.* IVS FEVDALE SAXONICVM *cap. LXX. ibidem pag. 206. Swilches Tages der man ſime herren den ſtegereif heltet, oder vrtheil vindet, oder ime dienet mit giſſt, oder mit andern dingen, des en iſt her nicht phlichtic, ſime herren zu lenrechte zuſtende.* IVS FEVDALE ALEMANNICVM *cap. VI. §. III. ibid. pag. 23. Ez ſol auch ein man ſinen herren furdern* (ehren) *mit worten vnd mit werken. Er ſol im auch den ſtegraif haben,* (halten) *ſo er vffitzet, vnd ainoſt* (einmahl) *in dem tag iſt ſin genug;* et *cap. CXVII. §. I. pag. 101. Welches tages ain man ſeinem herrn den ſtegraif habt* (haelt) *oder im dient mit gab, vnd ob er die empfaecht, oder ob er im anders dient, deſſelben tags iſt er im nicht ſchuldig lehenrecht tze tun.* In ordinariis igitur miniſteriis, quibus vaſalli in aula domini honoris cauſſa olim defungebantur, hoc etiam erat, vt ſtapedam, quae a ſcriptoribus medii aeui ſtrepa appellatur, ipſi equum conſcendenti tenerent. Quam ob rem, cum idem officium honorarium Imperatores quidam Germanici Pontificibus Romanis ex ſingulari reuerentia praeſtitiſſent, mirum non eſt, hos argumentum inde traxiſſe ad comprobandum, quod in illos et Imperium Romano-Germanicum, quamuis iniquisſimo conatu, adfectabant, ſupremum aliquod dominium. Vide SCHILTERI *Commentarium ad cap. VI. Iuris feudalis Alemannici §. V. pag. 78.* CAROLI du FRESNE *Gloſſarium,* in voce: *ſtrepa,* et ANTONII MATTHAEI *Lib. IIII. de Nobilitate cap. XX. pag. 1049.* Ceterum ex verbis AVCTORIS VETVSTI *de Beneficiis: aut aliquo ſibi ſeruit,* atque formulis IVRIS FEVDALIS SAXONICI et ALEMANNICI: *oder ime dienet mit andern dingen; ob er im anders dienet,* apparet, vaſallos nobiles, qui in aula dominorum praeſentes erant, alia etiam miniſteria, quibus honoris et ſplendoris cauſſa opus habebant, praeſertim in ſollemnitatibus aulae, illis praeſtitiſſe. Illuſtrat ea *cap. CXIII.* IVRIS FEVDALIS ALEMANNICI *§. III.* apud SENCKENBERGIVM *citato loco pag. 92.* vbi de miniſterialibus haec leguntur: *So der Herr Hoff oder Hochtzeyt hat, ſo ſullent die vier Ambachtman* (der Truchſeſs, Marſchalk, Caemmerer vnd Schencke) *ir Ambacht* (Amt) *verdyenen, nach dem recht,*

Germaniae in numero vasallorum nobilium et ministerialium olim consistebat [k].

## §. V.

Cum vero dignitas et potentia Principum ac Procerum Germaniae maiora in dies incrementa caperet, atque illi con-

*recht, als yedes haus* ( Hofes ) *gewohnheit sey* ( ist. ) Cum primis vero illud confirmat diploma CONRADI, Comitis Luzelburgensis, ad quod in *notis: c. e.* et *g. huius* §. prouocaui, vbi seruitia aulica et honoraria, Abbatibus S. Maximini a vasallis et ministerialibus die festa, S. Maximino sacra, exhibenda, his verbis indicantur: *Ipsi, deposito amictu chlamydis, vel alterius superuestimenti, in vesperis, in coena, in missa subsequentis festi debita cum reuerentia Abbatis obsequio se offerent.*

k) IOANNES RHODE, Archiepiscopus Bremensis, in *Chronico Bremensi* apud LEIBNITIVM in *Tomo II. Scriptorum rerum Brunsuicensium pag. 265. Nam tempore, quo ibidem* ( in castro Langwedel ) *Archiepiscopi residere solebant cum nobilibus, vasallis et ministerialibus, Ecclesiae Bremensis multa bona et iura ad aulam saepe dictam spectabant.* SIFFRIDVS, presbyter Misnensis, *Lib. II. Chronici*, cuius epitomen IOANNES PISTORIVS in *Tomo I. Scriptorum rerum Germanicarum* exhibet, ad annum CIↃ CC XXXI. *pag. 1043.* editionis nouissimae, de Henrico Illustri, Misniae Marchione: *Iste Princeps, Marchio Henricus, diuitiis et gloria omnes Principes Germanicos anteibat, eratque largus valde et munificus, multa militum famulorumque caterua munitus, semper viuens in magnis delitiis et honore.* FRIDERICVS RVDOLPHI in *Parte I. Gothae diplomaticae cap. VII. §. V. pag. 37.* de Wilhelmo, Saxoniae Duce, Friderici Placidi, Electoris Saxoniae, fratre: *Sonst hielt Hertzog Wilhelm einen herrlichen Hof, vnd musten ihn überall CCC. Pferde begleiten;* nimirum equites nobiles, qui in medii aeui monimentis equorum appellatione frequentissime designantur. Ceterum ex iis, quae hactenus in medium attuli, insigne etiam robur ac firmamentum accedit sententiae Illustris Domini de LVDEWIG, quam proposuit in *Iuris clientelaris praefatione §. VIIII. pag. 8.* et tractatione ipsa *pag. 20. nota: g. pag. 38. nota: r. pag. 113. n. q. pag. 124. n. f.* atque in *Tomo I. de Iuribus feudorum Romani Imperii, Germaniae Principis et prouincialium cap. II. pag. 47. seq.* ex instituto autem defendit, pluribusue argumentis muniuit CASPAR ACHATIVS BECKIVS in *dissertationibus de Paribus reipublicae ministri et vasalli iuribus;* quod nempe vasalli omnes primum fuerint ministri, quibus feuda loco salarii et stipendii pro seruitiis aulicis et militaribus a dominis concederentur.

continuis fere bellis implicarentur, et idcirco seruitiis vasallorum militaribus potissimum opus haberent; factum est, vt aulam suam certo ac definito consiliariorum aliorumque ministrorum numero instruerent [a], atque nobiles vasallos, qui in illum cooptati non erant, tum demum ad seruitia aulica et honoraria euocarent, cum sollemnitas quaedam splendidiori apparatu celebranda, aut iter honoris caussa ab ipsis suscipiendum esset. Et quod quidem ad sollemnitates attinet, ad prima honoris et reuerentiae obsequia, dominis statim sub auspiciis regiminis et inter homagii sollemnia exhibenda, vasalli obstringebantur, ideoque illis territorium suum, aut vrbem palatinam, aut aliam, vbi homagium recipiendum, intrantibus, obuiam ire, eosque in sollemni introitu, pompa sacrorum, atque ipsa homagii a ciuibus praestandi sollemnitate comitari debebant [b]. Deinde si nu-



ptiae

a) Vide ANTONII WECKII *Part. II. Chronici Dresdensis Tit. II. pag. 173. seq.* Illustris DAVIDIS GEORGII STRVBEN *Obseruationem iuris et historiae Germanicae II. pag. 25. 31. 35.* atque eiusdem *Gründlichen Vnterricht von Regierungs und Iustiz - Sachen Sect. I. §. II. pag. 6. 9. seq.* et *§. III. pag. 15. seq.*

b) IOANNES SEBASTIANVS MÜLLERVS in *Annalibus Serenissimae Domus Saxonicae*, ad annum CIϽ CCCC LXXVI. *pag. 45. Den 27. Octobris wird Hertzog Ernst, Churfürst Ernsts zu Sachsen Sohn, nachdem er vom Pabst Sixto IIII. zum Ertz-Bischoff zu Magdeburg vnd Primaten in Germanien bestaetiget worden mit 4000. Pferden eingeholet, vnd in die Stadt Magdeburg begleitet.* HENRICVS IARMARCKT, Canonicus quondam Hildesiensis, in relatione, quam Dominus STRVBE in *Obseruatione iuris et historiae Germanicae I. pag. 35. seq.* ex archiuo Hildesiensi in lucem produxit: *Anno Domini* CIϽ IϽ IIII. *die V. mensis Augusti, Illustris Princeps et Dominus, Iohannes, electus et confirmatus Hildesemensis, Dux Saxoniae, Engariae, ex castro Steurwaldt, post prandium, cum Comite de Regenstein ac vasallis dioecesis et ecclesiae Hildesemensis equitauit obuiam Illustri Principi et Domino, Duci Magno, electi praedicti Fratri, vsque ad villam Ahrberghen. - - Tandem electus cum Fratre et Comitibus, qui simul habebant circiter CCCL. equos, circa horam V. sero cum magna pompa ciuitatem Hildesemensem intrauerunt. Die post feriam secundam sequenti, finita summa missa, electus cum Fratre & Comitibus et aliis processionaliter iuit et accessit*

nuptiae sollemnes dominis, aut eorum filiis, aut filiabus, aut fratribus appararentur, vasalli nobiles conuocabantur [c], vt decenter-

*accessit ad locum capitularem. - - Postea Dominus Hildesemensis cum Dominis et vasallis transtulit se* auf das Gewelbe, *vt populus praestaret eidem homagium. - Die vero VIIII. mensis Septembris, Dominus Iohannes Dux, electus et confirmatus Hildesemensis, cum L. Equestribus equitauit ex castro Steurwaldt versus Peine, oppidum, pro recipiendo homagio ibidem ab oppidanis et consulatu.* IOANNES CHRISTIANVS LÜNIGIVS in *Tomo II. Theatri caerimonialis pag. 823. Im Iahr 1615. den 5. Febr. ist Hertzog Friedrich Vlrich zu Braunschweig vnd Lüneburg zu Einnehmung der Huldigung ins Vallerslebische Thor zu Braunschweig gantz praechtig eingezogen; sind erstlich Ihro Furstl. Gnaden furnehme Officierer, darnach etliche Trompeter voran geritten, welchen dann die von Adel, so darzu beschrieben gewesen, gefolget. - Den 6. Febr. Morgends seyn Ihro Fürstl. Gnaden mit vorgedachten Fürstlichen Personen, vnd Begleitung der furnehmen Raethe, Officierer vnd anderer von Adel nach der Kirche zu den Brüdern geritten. - Nach geendigter Predigt ist der Rath nach dem alten Rath-Hauss gegangen, dahin dann Ihro Fürstl. Gnaden, hochgedachte Fürstliche Personen vnd von Adel auch gekommen.* Perlustra etiam alias rituum homagii, Principibus Germaniae a vasallis et reliquis ordinibus prouincialibus praestiti, descriptiones apud eumdem LÜNIGIVM in citato *Tomo II. Theatri caerimonialis pag. 333. seq. 825. 830. 832. seq. 838. seq. 861. 862. 866. 870. 881. seq. 886. seq. 889. seq.* et *1533. seq.*

c) MÜLLERVS in *Annalibus Saxonicis*, ad annum CIↃ IↃ. *pag. 59: Am Sonntage Esto mihi, hielte Hertzog Iohannes, nachgehends Chur-Fürst zu Sachsen, sein erstes Beylager mit Sophien, Hertzogs Magni zu Mecklenburg Tochter, zu Torgau. - Diesen Hochzeitlichen Feyer haben beygewohnet, nebst den Ertz-Bischoff zu Magdeburg, annoch 13. Fürstliche Manns-Personen, vnd eine Fürstliche Botschafft, 10. Aebte, 23. Proebste vnd Praelaten, 22. Grafen, 22. Freyherren, 47. Ritter vnd viele gemeine von Adel.* Insignem splendorem et magnificentiam harum nuptiarum ex instituto descripsit GEORGIVS SPALATINVS in *Historia aliquot Electorum et Ducum Saxoniae*, quam BVRCHARD. GOTTHELFF STRVVIVS in *Parte III. des Historisch-vnd Politischen Archius*, ex codice manu scripto edidit, *pag. 48. seq.* De secundis nuptiis eiusdem Ioannis, Saxoniae Ducis, et postea etiam Electoris, MÜLLERVS ad annum CIↃ IↃ XIII. *pag. 68.* haec memoriae prodidit: *Nachdem itztgenannter Hertzog Iohannes, nachmahls Churfürst zu Sachsen, zehen gantzer Iahr im Wittwer-Stande gelebet, hielte er zu Torgau sein zweytes Beylager mit Margarethen, Fürst Woldemars zu Anhalt Tochter. - An Fürstlichen vnd andern Personen seynd zugegen gewesen, acht Fürstliche, drey Bischoeffe, neun Grafen, acht Aebte vnd*

center ornati comparerent, ſponſo aut ſponſae illuſtri, atque Principibus, qui ad nuptiarum ſollemnia inuitati erant, aduenientibus obuiam procederent, eos in introitu et ſacrorum pompa comitarentur, atque in conuiuiis nuptialibus illis miniſtrarent [d]. Quodſi ſacra nuptiarum extra fines regionum ſubiectarum



*vnd Praelaten, - drey vnd zwantzig Graefliche vnd Adeliche Weibs-Perſonen, ſo beſchrieben geweſen, vnd neun vnd ſiebenzig von Adel.* ANTONIVS WECKIVS in *Part. IIII. Chronici Dreſdenſis Tit. III. pag. 350. Nachdem Churfürſt Moritzens zu Sachſen Herrn Bruders, Hertzogs Auguſti Beylager, mit Fraeulein Annen, Koeniglicher Printzeſſin zu Daennemarck, zu Torgau im October des 1548. Iahres anberaumet war, vnd Ihre Churfürſtl. Gnaden die Ausrichtung über ſich hatten, begaben ſich Dieſelbe mit Dero Frau Gemahlin vnd gantzen Hoffſtadt von hier aus dahin, am 28. Septembris, vnd beſchrieben zu denen Dienſtwartungen Grafen, Herren, Ritter vnd Adel, die eingeladenen Koeniglichen, Chur-vnd Fürſtlichen Perſonen einzuholen vnd wohl zu bedienen.* LÜNIGIVS in *Tomo II. Theatri caerimonialis pag. 396* de nuptiis ſplendidiſſimis, quibus Sereniſſima Princeps, Erdmuth Sophia, Glorioſiſſimi Electoris Saxoniae, Ioannis Georgii II. filia, Chriſtiano Erneſto, Marchioni Brandenburgico Baruthino anno CIↃIↃCLXXII. iuncta fuit: *Den 15. October kamen die beſchriebenen Herren Grafen, die Herren Officierer, vnd der Land-Adel nach Dreſsden;* Et paullo poſt de introitu Sereniſſimi Sponſi, *num. 4. et 5. Der Lauſinitzer Adel: 1. Paucker, 4. Trompeter, 1. Marſchall, 30. Caualier, ſehr ſtattlich geputzet. Der Meiſsniſche Adel: 1. Paucker, 4. Trompeter, der Erb-Marſchall, 63. Caualier, in ſehr praechtiger Kleidung,* atque *pag. 397. num. 19. Die Ritter-Pferde: 1. Paucker, 4. Trompeter, 105. Curaſſierer, in gantzen Curaſſen.* Idem LÜNIGIVS *ibidem pag. 412.* vbi caerimonias connubii, quod Carolus, Electoris Palatini, Caroli Ludouici, filius et electoratus heres, cum Regia Daniae Principe, Wilhelmina Erneſtina, Heidelbergae anno CIↃIↃCLXXI. iniit, recenſet: *Immittelſt haben ſich den 17. vnd 18. Septembris die von Ihro Churfürſtlichen Durchlaucht. zur Aufwartung beſchriebene Graeſlich-Freyherr-vnd Adeliche Lehenleute eingefunden, ſo wohl Ihro Churfürſtl. Durchl. vnd Dero Chur-Erbens Durchl. bey dem Aus-und Einzuge aufzuwarten, als auch die fremde ankommende Herren vnd Gaeſte aufs beſte bedienen zu helffen.* Confer de aliis Principum Germaniae nuptiis ſollemnibus, in quibus vaſalli eorum nobiles, ideo euocati et conſcripti, apparuerunt, MÜLLERVM *citato loco pag. 78. 81. 184. 408.* WECKIVM *pag. 330. ſeq. 349. ſeq. 355. ſeq. 368. ſeq.* et LÜNIGIVM *pag. 385. ſeq. 403. 424. ſeq. 451. ſeq.*

d) In deſcriptione ſollemnium nuptialium Wilhelmi III. Thuringiae Landgrauii, et Annae, Alberti II. Regis Romanorum, filiae, Ienae anno CIↃCCCCXXXXVI.

ctarum celebrauerant domini, eorum filii, aut fratres, atque coniuges illuſtres, more Principibus ſollemni, domum ducebant, vaſalli nobiles ad eos ſplendido itidem apparatu excipiendos erant obligati [e]. Euocabantur etiam ad ſeruitia aulica, ſi filii,

CIↃ CCCC XXXXVI. ſplendidiſſimo apparatu celebratorum, apud IOANNEM IOACHIMVM MÜLLERVM in *Parte IIII. des Staats-Cabinets pag. 227.* miniſteria a vaſallis Sereniſſimi Sponſi tum praeſtanda his verbis recenſentur: *Mins Herrn* ( des Fürſtlichen Braeutigams ) *Dienſt: Graf Henrich von Schwartzburg ſoll vor Tiſche ſtehen; Graf Adolph von Glichen, vnd Er Claus von Wangenheim das Eſſen tragen; Graf Ernſt der Hofmeiſter, vnd Er Ianus vor den Eſſen gehen. Er Friedrich von Hopfgarten, Er Hanſs von Slotheim, vnd Kerſten von Witzleyben ſullen mit Graf Ernſten den Dienſt vor allen Tiſchen helffen beſtellen, vnd zuſehen. Burggraue Dith. von Kirchberg vor mins Herrn Schengkebanck. Graf Sigmund vnd Er Thile von Sebach das Trincken tragen. Miner Frawen* (der Fürſtlichen Braut) *vnd anderer Fürſtlichen Perſonen Dienſt: Graf Gunther von Bichelingen ſoll myn Frawen vor den Tiſche ſtehen; Graf Günther von Mannſifeld vnd Er Heinrich von Brandenſtein das Eſſen tragen; Graf Ludwig von Glichen vnd Er Friedrich von Witzlyben vor den Eſſen gehen. Er Buſſe Vitztbum, Er Heinrich von Huſſen, Er Erhard von Meldingen, Ioerge Vitzthum, Iunge Hanſs von Wangenheim ſullen allen Dienſt vor den Frauen vnd den Tiſchen helffen beſtellen. Graf Heinrich von Luthenberg ſoll vor der Schengkenbanck ſtehen. Graf Ernſt von Honſteyn vnd Er Hanſs Blanckenberger das Tringken tragen.* Iisdem miniſteriis in aliis etiam Principum Germaniae nuptiis ſollemnibus, Comites, Barones aliosque vaſallos eorum nobiles perfunctos eſſe, docent caerimoniarum nuptialium deſcriptiones apud ANTONIVM WECKIVM in *Parte IIII. Chronici Dreſdenſis Tit. III. pag. 342.* et LÜNIGIVM in *Tomo II. Theatri caerimonialis pag. 387. - 389. 398. 419. 421.* vnde quoque apparet, nonnullos ex eorum ordine ſelectos thalamum illuſtrem cuſtodiuiſſe, qui eo ipſo in loco, vbi ritibus ſacris connubii foedere iungebantur, ſplendidiſſime adornari conſueuit, ideo, vt ſacris finitis ſponſus et ſponſa in eo conſiderent, atque haec illi ritu ſollemni, verbisque conceptis traderetur. Ex iisdem deſcriptionibus planum fit, hoc quoque miniſterium in nuptiis Principum Comitibus, Baronibus, aliisque vaſallis nobilibus adſignari ſolitum, vt illis ſaltantibus faces praeferrent.

e) IOANNES SEBASTIANVS MÜLLERVS in *Annalibus Saxonicis*, ad annum CIↃ IↃ XXIIII. *pag. 77. Sonntags nach Paulli Bekehrung iſt Landgraf Philipſen zu Heſſen, ſeine im vorigen Iahre Ihme zu Dreſsden vermaehlte Gemahlin, Chriſtina, Hertzog Georgens zu Sachſen Tochter, durch itztgedachten Ihren Vater, in Begleitung deſſen Gemahlin vnd zweyer Soehne, nacher Caſſel heimge-*

filii, aut filiae dominis nascerentur, eorumque baptisma sollemnibus caerimoniis perageretur [f]; si domini curias sollemnes eo tempore, quo Bacchanalia celebrari solebant [g], aut die eorum na-

*heimgeführet, vnd von dem Landgrafen mit einem grossen Comitat vor der Stadt empfangen worden.* IDEM ad annum CIↃ IↃ LXXXVI. *pag. 192. Den 3. Ianuarii wurde zu Dessau das Beylager zwischen Churfürst Augusten zu Sachsen, vnd Fürst Ioachim Ernsts zu Anhalt Tochter, Agnes Hedwigen vollzogen. - Den 13. Ian. hat Churfürst Augustus seine Gemahlin heimgeführt, vnd diesen Tag seinen Einzug zu Dresden gehalten, da Ihm dann Hertzog Christian vnd Iohann Casimir, welche sich voran nach Dresden begeben, nebst Hertzog Iohannsen, vnd vielen dahin beschriebenen Land-Adel, in die 400. Pferde starck, welcher ingesamt schwartze sammetene Roecke vnd goeldene Ketten darüber, auch schwartz vnd gelbe Federn auf Braunschweigischen Hüten trugen, entgegen ritten, vnd sie also in einer schoenen Procession durch die Stadt in das Churfürstliche Schloss begleiteten.* IDEM ad annum CIↃ IↃC LXI. *pag. 445. Den 23. Augusti ist Hertzog Iohann George, Fürstlicher Weimarischer Linie, mit seiner vor einem halben Iahre Ihme anuertrauten Fürstlichen Frau Gemahlin, zu Eisenach, allwo sich dazumahl der Herr Vater vnd Frau Mutter befunden, angelanget, vnd von dem Land-Adel, wie auch dem gantzen Land-Ausschuss, vnter Loesung der Stücke vnd Lossbrennung der Musqueten bewillkommet worden.* Confer WECKII *Part. IIII. Chronici Dresdensis Tit. III. pag. 349. 350. 354. 355.* et LÜNIGII *Tomum II. Theatri caerimonialis pag. 451. seq. 495. seq.* vbi plura sollemnis eiusmodi vxorum illustrium in domum maritorum deductionis exempla inuenies.

f) Satis hoc comprobant tabulae pactionis, quam Gloriosissimus Princeps Elector Saxoniae, IOANNES GEORGIVS II. cum Serenissimo Fratre, CHRISTIANO, Duce Saxoniae Martisburgensi, de traditione marchionatus Lusatiae inferioris anno CIↃ IↃC LVII. fecit, a LÜNIGIO in *Partis specialis des Reichs-Archius Sect. II. pag. 177. seq.* et ADAMO FRIDERICO GLAFEY, Viro Illustri, in appendice *des Kerns derer Geschichte des Hohen Chur-vnd Fürstlichen Hauses zu Sachsen pag. 1361. seq.* editae, vbi Serenissimus Elector ius seruitia aulica a vasallis nobilibus exigendi sibi reseruauit, his verbis: *Wie Wir denn auch, die Grafen vnd Herren zu Beylagern, Kind-Tauffen, Begraebnissen vnd andern Zusammenkünfften zur Aufwartung zu beschreiben Vns vorbehalten;* atque consuetudines curiae feudalis Comitum Hohenloicorum, quas LÜNIGIVS *Tomo III. Corporis iuris feudalis Germanici pag. 70.* inseruit, vbi *num. 9.* haec quoque inter alias commemoratur: *Wann die Vasallen zu Graeflichen Beylagern, Kind-Tauffen vnd Exsequien geladen werden, müssen sie erscheinen.*

g) ANTONIVS WECKIVS in *Parte IIII. Chronici Dresdensis Tit. IIII. pag. 385.* ***In dem 1553. Iahre kam Churfürst Moritzens zu Sachsen Herr Schwaeber-***

natali [h], aut propter insignes victorias de hostibus Imperii, aut dominorum ipsorum partas, aut pacem cum illis confectam, aut aliam quamcumque ob caussam instituerent [i]; et si quando Impe-

*her-Vater, Landgraf Philipp zu Hessen, welchen Kayser Carl der V. ledig gelassen, nacher Dresden, besuchte Ihre Churfürstl. Gnaden vnd Dero Frau Gemahlin, als Frau Tochter; indem nun auch Churfürst Moritz zu Sachsen zu gleicher Zeit aus dem gefaehrlichen Vngarischen Kriegs-Zuge wieder anhero gelangeten, stelleten Ihre Churfürstl. Gnaden eine Fürstliche Freude vnd herrliches Fastnacht an, beschrieben darzu etliche Fürsten, Grafen vnd Ritterschafft, vnd ward eine Stechbahne, vom Schlosse bis auf den alten Marckt mit Sande zugerichtet, auch am Fastnacht Sonn-vnd Montag viel Stechens vnd Rennens verübet.* Conferantur MÜLLERI *Annales Saxonici*, ad annum CIↃ IↃ XVIII. *pag. 71.* et ANONYMI *Chronicon Thuringicum et Hassiacum* in SENCKENBERGII *Tom. III. Selectorum iuris et historiarum pag. 444. seq.*

h) FRIDERICVS RVDOLPHI in *Parte I. Gothae diplomaticae cap. V. §. LXIIII. pag. 25.* de Ludouico Sancto, Thuringiae Landgrauio, ex SPANGENBERGII *cap. CCL. Chronici Mansfeldensis*, et ANONYMI *Chronico Thuringiae* manu scripto: *Anno 1218. hat der Landgraf einen stattlichen Hof zu Eisenach gehalten, vnd in Gegenwart seiner Grafen, Herren vnd Ritter, nachdem er das 18. Iahr zurück geleget, vnterschiedene Ritter schlagen lassen.*

i) CHRISTIANVS GOTTLIEB RICCIVS in *Parte II. von dem Landsaessigen Adel in Teutschland cap. XVIIII. §. XXXV. pag. 403.: Es ist aus denen Landes-Geschichten vnd Vrkunden gnugsam bekannt, dass man in gewissen Ehren-Faellen, als Beylagern, Geburts-vnd Nahmens-Festen, item wenn wegen grosser Siege vnd Freudens-Bezeugungen Danck-Feste angestellet worden, die Vasallen zur Aufwartung verschrieben.* In primis vero obligationem vasallorum nobilium ad seruitia aulica, in curiis dominorum sollemnibus quibuscumque praestanda, extra dubitationis aleam ponit testimonium illustre Edzardi, Comitis Frisiae orientalis, qui vasallis suis nobilibus, de onere seruitiorum conquerentibus, anno CIↃ IↃ LXXXVII. rescripto, quod LÜNIGIVS in *Parte II. Collectionis von der Mittelbahren oder Landsaessigen Ritterschafft in Teutschland pag. 1081.* exhibet, *§. II.* his verbis respondit: *Wann ihr sonsten im Lande zu Tagen von Vns beschrieben seyd worden, habt ihr in dem nicht mehr gethan, oder getragen, als andere Landsassen, oder eure Vorfahren, vnd wie von Alters her gebraeuchlich vnd gewoehnlich gewesen.* Vide etiam DAVIDIS MEVII *Ius publicum Pomeraniae Suecicae cap. IIII.* in Illustris Domini de LVDEWIG *Tomo IIII. Reliquiarum pag. 427.* et eiusdem MEVII *Delineationem der Pommerischen Landes-Verfassung cap. XXIIII.* in WILH. FRIDERICI de PISTORIVS *Parte IIII. Amoenitatum historico-iuridicarum pag. 1030.*

Imperatores, Reges, aut Principes eos honoris et amicitiae caussa inuiserent [k], aut legationes sollemnes ad eos mitterent, D atque

k) FRIDERICVS RVDOLPHI in *Parte I. Gothae diplomaticae cap. V. §. XVII. pag. 22.* de Ludouico Ferreo, Thuringiae Landgrauio: *Hier erwehnet das geschriebene Chronicon, wie Kayser Friedrich* (der erste) *in Pohlen gezogen, sey Landgraf Ludewig mit ihm gereiset, vnd da sie nach Naumburg bey Freyburg gekommen, haette bemeldter Landgrafe den Kayser tractiret, wobin er alle Grafen Herren vnd Edele beschrieben, vnd dieselbige statt einer Mauer vm das Schloss herum stehen lassen, welches dem Kayser verwunderlich vnd annehmlich gewesen.* ANT. WECKIVS in *Parte IIII. Chronici Dresdensis Tit. IIII. pag. 386. seq. Im Iahr 1575. den 12. April beehrte die Roem. Kayserliche Maiestaet, Herr Maximilianus der II. Ihre Churfürstl. Gnaden, Hertzog Augustum zu Sachsen, mit Dero Zuspruch, und hatten Ihre Kayserl. Maiestaet vier Dero Herren Soehne, als Herrn Rudolphen, Herrn Ernsten, Herrn Matthiassen, vnd Herrn Maximilianen, allerseits Ertz-Hertzoge zu Oesterreich, nebenst zwey Fraeulein bey sich, wie ingleichen des Koeniges in Spanien vnd Hertzogs von Sauoyen Gesandte. Diese allerseits wurden mit einem starcken Ausritt stattlich angenommen, herrlich unterhalten vnd bedienet, vnd zu solchem Ende viel Grafen, Herren vnd Edelleute zum Aufwarten anhero beschrieben.* IDEM *pag. 389.* et *392. Den 25. Iulii anno 1617. langten gegen Abend nach 6. Vhr, Ihre Kayserl. Maiestat, Herr Matthias, nebenst dem vnlaengst gecroenten Boehmischen Koenige, Herrn Ferdinanden, wie auch Ertz-Hertzog Maximilianen zu Oesterreich, mit einem ansehnlichen Comitat zu Schiffe auf der Elbe glücklich allhier zu Dresden an. -- Bey dieser Hohen Personen Anwesenheit hat man taeglich über 100. Tische gespeiset, vnd befanden sich bey Ihrer Churfürstl. Gnaden* (Serenissimo Ioanne Georgio I.) *von Dero Vasallen, 10. Grafen vnd Herren, vnd 110. von der Ritterschafft, welche die Kayserliche, Koenigliche, vnd andere anwesende Hohe Personen bedienen helffen.* Confer MÜLLERI *Annales Saxonicos*, ad annum CIϽ IϽC XVII. *pag. 311. seq.* et de Principibus, Domini STRVBEN *Obseruationem iuris et historiae Germanicae I. pag. 35.* et probationes paullo ante adductas in *nota: g.* quibus iungendus est LÜNIGIVS in *Tomo I. Theatri caerimonialis pag. 260. seq.* vbi haec refert: *Anno 1682. im Monath Ianuario nahm sich Hertzog Ernestus Augustus zu Hannouer nebst dessen Gemahlin vor, Churfürst Friedrich Wilhelmen zu Brandenburg zu besuchen. Selbige langten den 22. Ianuarii zu Garleben, der ersten Chur-Brandenburgischen Stadt an. Allhier wurden sie auf Anordnung des Obristen Marwitz, der an der Fronte eines Infanterie Regiments stund, empfangen, vnd bey Ihrer Ankunfft mit drey Saluen aller Musquetirer bewillkommet. Monsieur Grumkau, einer von den vornehmsten Bedienten des Churfursten legte in Begleitung vieler Cammer-Iuncker im Nahmen desselben bey den Herrn Hertzog vnd Frau Hertzogin, die ersten Complimenten ab. Ihme*

atque illi pro dignitate essent excipiendi [l]. Denique, cum fatis concessissent domini, aut eorum coniuges, filii, filiae, matres, aut fratres, atque exsequiae illorum publicae celebrarentur, vasalli nobiles suprema ipsis honoris et reuerentiae officia

*Ihme folgete der Herr von Schulemburg, der sie im Nahmen aller Land-Staende, darunter er einer der vornehmsten war, complimentirte. Selbigen folgete eine grosse Menge von Edelleuten,* et reliqua. Euolue etiam LÜNIGII *Part. I. Collectionis von der Mittelbahren oder Landsaessigen Ritterschafft in Teutschland pag. 377.* vbi transactionem ordinum prouincialium Austriae de anno CIƆ IƆC LXXV. inuenies, ex cuius *§. VI.* apparet, ordines et vasallos nobiles Austriae ad Principes, qui per territorium domini transeunt, honorifice salutandos, inde a longo tempore fuisse obstrictos.

l) In pacto HENRICI et CAROLI, Ducum Silesiae Münsterbergensium et Olsnensium, cum ordinibus prouincialibus anno CIƆ IƆ LXXV. inito et a Maximiliano II. Imperatore confirmato, apud IO. IACOBVM Equitem de WEINGARTEN in *Codice Ferdinandeo - Leopoldino - Iosephino - Carolino prò regno Bohemiae et incorporatis prouinciis, pag. 70. 71.* haec conditio legitur: *Zum vierten sollen Ihre Fürstl. Gnaden, die von der Ritterschafft mit Diensten zum Aufwarten verschonen, es sey denn, dass Ihrer Fürstl. Gnaden erleuchte Personen, oder ansehnliche Gesandschafften zukommen.* CHRISTIANVS WILHELMVS ab EYBEN, Ducum Brunsuico-Lüneburgicorum, ad recipiendam eorum vice ac nomine ab Abbate Corbeiensi feudorum, quae ab eo recognoscebant, inuestituram, legatus, in scripto, quo dominis suis exponit, quomodo legationem confecerit, a LÜNIGIO edito in *Tomo I. Corporis iuris feudalis Germanici pag. 1940.* haec commemorat: *Den 15. May, kurtz nach 9. Uhr stellete sich der Küchen-Meister von der Abtey, Maximilian von Horrick, so ex gremio capituli, in des Herrn Abts mit sechs Pferden bespanneter, auswendig gantz verguldeter Carossen, vor mein Quartier in Hoexter ein, machte in Nahmen seines gnaedigen Herrn Principalen mir ein gar hoefliches Compliment, entschuldigte dabey so fort Anfangs, daß weil man mich noch so bald nicht vermuthet haette, die sonst zu Empfahung der Abgesandten Dero Durchlauchtigen Hauses zu beschreiben gewoehnte Edelleute des Stiffts in der Eile nicht haetten erfordert werden koennen.* IDEM *ibidem pag. 1944. Nach eingenommenen Abend-Essen, als ein iedweder sich zur Ruhe verfügete, wurde auch ich zu gleichen Ende durch drey immittelst angelangte Edelleute, als einen von der Tanne, und zwey Geuettern von Amelunxen, den Subseniorem Kellner, Küchen-Meister und Cantzler in ein hierzu wohlbereitetes grosses Zimmer begleitet;* et *pag. 1945. Obbenannte drey Edelleute, (welche auch seithero ihrer Ankunfft und bis auf meine Abreise mich allezeit begleiteten, und vor mir hergiengen) nebst den Canzler hohleten mich zur Tafel,* cetera.

officia praestare debebant [m]. Inter ea praecipuum et antiquissimum erat, vt corpora defunctorum suis humeris in sepulcra maiorum deferrent [n]. Ab eo vero tempore, quo funera Principum



m) MÜLLERVS in *Annalibus Saxonicis*, ad annum CIƆ IƆ LXXXIIII. *pag. 186.* de funere sollemni vltimi Principis Comitis Hennebergici: *Hierauff sind verschiedene andere Raethe vnd Diener, auch Gleichische, Schwartzburgische vnd Waldeckische, wie auch Hennebergische beschriebene Land- vnd Lehn-Iunckern, ie drey vnd drey neben einander gefolget.* IDEM ad annum CIƆ IƆC LV. *pag. 400.* de funere Bernhardi Magni, Ducis Saxoniae Vinariensis: *Den 11. December kamen verschiedene Fürstliche, wie auch Graefliche vnd Herrliche Personen, so wohl die Generals, Obristen, Obrist-Lieutnante vnd andere hohe Officirer, samt denen von der Ritterschafft, welche zu diesen Fürstlichen Begraebnis, respectiue ersuchet, beschrieben vnd erfordert worden, zu Weimar an.* WECKIVS in *Parte IIII. Chronici Dresdensis Tit. V. pag. 422.* et *seq.* de exsequiis splendidissimis Ioannis Georgii I. Principis Electoris Saxoniae, et virtutum et rerum gestarum gloria immortalis: *Die Anstalt ware dermassen sorgfaeltig vnd ansehnlich eingerichtet, wie der wohlerworbene grosse Ruhm dieses vortrefflichen Potentaten, auch der hohe Respect vnd letzte Ehre es allenthalben erfordert, vnd viel weitlaeufftiger, weder vorher man iemahls allhier gesehen. Massen auch solchen zu ergroessern, die Churfürstlichen Vasallen, aus Sachsen, Thüringen, Meissen, auch Ober- vnd Nieder-Laussitz, an Grafen, Herren vnd Adel, ingleichen alle hohe vnd vornehme Kriegs-Officirer, darzu anhero beschrieben vnd erfordert worden.* In aprico etiam obligationem vasallorum nobilium ad seruitia honoraria in funeribus dominorum sollemnibus praestanda ponunt documenta supra producta in *nota: f.* huius §. et testimonia in *notis*, quae sequuntur, adferenda.

n) IOANNES FRIDERICVS PFEFFINGERVS in *Parte I. der Historie des Braunschweig-Lüneburgischen Hauses pag. 219.* de Ioanne, Ottonis Pueri, Ducis Brunsuico-Lüneburgici filio, commemorat: *Daß er anno 1277. den 10. Dec. in Dalenburg, drey Meilen von Lüneburg, allwo er offt residiret, gestorben, vnd von da, von seinen Vasallen, auf ihren Achseln, nach S. Michaelis-Kirche in Lüneburg getragen worden.* MÜLLERVS in *Annalibus Saxonicis*, ad annum CIƆ IƆ XIII. *pag. 67. Den 3. Augusti starb Hertzog Ernst, Ertz-Bischoff zu Magdeburg, Churfürst Ernsts des Glückseligen zu Sachsen, dritter Sohn, im 48. Iahre seines Alters, zu Halla; liegt zu Magdeburg in dem Thume, in einem messingenen Grabe, so er selbst machen lassen, begraben; dessen Coerper acht Grafen getragen.* IDEM ad annum CIƆ IƆ LV. *pag. 127. Montags den 4. Nouember ist Agnes, Hertzog Iohann Friedrichs des Mittlern zu Sachsen, erstere Gemahlin, an einem hitzigen Fieber zu Weimar Todes verfahren. - Mittwochs*

cipum maiori ſplendore adornari coeperunt, haec quoque miniſteria illis delegata legimus, vt corpus exanime cuſtodirent, in pompa funebri mareſchallorum munere fungerentur, faces funereas, vexilla prouinciarum et inſignia dignitatis illuſtris portarent, equos ducerent, feminas illuſtres comitarentur o), atque

*wochs den 6. Nou. iſt dieſe verſtorbene Fürſtin zu obbeſagten Weimar in der Stadt-Kirchen vor Mittags zwiſchen 9. vnd 10. Vhr begraben worden. Die Fürſtliche Leiche haben getragen Graf Hanß Günther zu Schwartzburg, Ludwig, Carl, Georg vnd Hector, Gebrüdere vnd Vettern, Grafen zu Gleichen, Graf Philips zu Schwartzburg, der Herr Reuß vnd der Herr von Polheim.* IDEM ad annum CIↃ IↃ LXV. *pag. 137. 138.* et ad annum CIↃ IↃC IIII. *pag. 234. 235.* memoriae prodidit, in funere Ioannis Friderici iunioris, Principis Saxonici, qui filius natu minimus Ioannis Friderici, Electoris Saxoniae, erat, atque in exſequiis Ioannis, Ducis Saxo-Vinarienſis eiusdem nominis, filii quarti, Comites, Barones aliosque vaſallos illorum nobiles eodem honoris officio defunctos eſſe. Legas etiam, velim, WILHELMI ERNESTI TENZELII *Supplementum Hiſtoriae Gothanae ſecundum pag. 503. 556. 560.* vbi ex chronicis Thuringiae manu ſcriptis docuit, oſſa Ludouici Pii et Ludouici Sancti, Landgrauiorum Thuringiae, quorum vterque in expeditione cruciata, et ille quidem anno CIↃ CLXXXX. hic vero anno CIↃ CC XXVII. occubuit, vaſallos nobiles, qui illos in religioſo itinere comitabantur, in patriam reportauiſſe, et in ſepulcro auito, quod in monaſterio Reinhardsbornenſi erat, compoſuiſſe.

o) ANTONIVS WECKIVS in *Parte IIII. Chronici Dreſdenſis Tit. V. pag. 409.* de exſequiis ſollemnibus Glorioſiſſimi Principis Electoris Saxoniae, Auguſti: *Den 13. Martii* (anni CIↃ IↃ LXXXVI.) *iſt der Leichen-Proceß aus dem Schloſſe mit groſſen Anſehen, mehr als iemahls bey dieſen Chur-vnd Fürſtlichen Hauſe vor dem vorgegangen, in die Creutz-Kirche geſchehen. Den Proceß hat man angeordnet, daß zuerſt drey Glieder fürnehme Adeliche Manns-Perſonen, ie drey vnd drey gangen. - Ferner ſind 16. Fahnen mit denen Wappen von Graeflichen vnd Hoch-Adelichen Perſonen getragen worden. - Hierauff iſt das Chur-Schwerdt, das groſſe Siegel, vnd der Chur-Hut iedes beſonders getragen, vnd dann die Leiche auf einem niedrigen Wagen von 8. ſchoen verkleideten Pferden gezogen, auch iedes Pferd von einen von Adel gefuhret worden.* MÜLLERVS in *Annalibus Saxonicis* ad annum CIↃ IↃ LXXXI. *pag. 185. ſeq. Den 7. Ianuarii iſt dem verſtorbenen letzten Fürſten von Henneberg, Georgio Erneſto zum Ehren-Gedaechtnis, eine Leich-Predigt gehalten, darauff die Leiche durch zehen von Adel auf einen darzu ſonderlich zugerichteten Wagen, vor welchen vier mit ſchwartzen Tuch bedeckte Pferde angeſpannet waren, getragen, - vnd alſo*

que alia ex ipsis caerimoniarum, quibus exsequiae Princi-

D 3 pum

*also nach Schleusingen geführet worden. Vorher sind geritten etliche Glieder Hennebergische Hof- vnd Land- Iuncker. - Daselbst ist die Leiche in obiger Ordnung, vnter dem Gelaeute vnd Gesang, biss in das Schloss gebracht, allda abermahls durch 10. von Adel von dem Trauer-Wagen gehoben, an einem gewissen beniemten Orth getragen, vnd zwey Nacht bewachet worden. Mittwochs nach der Heiligen drey Koenige, Mittags vm 1. Vhr, ist die Leiche in die Pfarr-Kirche mit folgenden Ceremonien begraben worden. Die Leiche haben getragen 12. von Adel. - Auff ieder Seiten der Leiche seynd gangen 4. von Adel, deren ieder zwey brennende schwartze Fackeln mit zweyen Schilden, daran die 16. Ahnen, getragen. Nach der Leiche folgeten zweene von Adel, welche Schild vnd Helm des Hennebergischen Wappens trugen; hierauf das verdeckte Pferd, welches zweene von Adel gefuhret. Ferner gienge Hanns Clauss Russwurm, so die schwartze Fahne mit dem Hennebergischen Wappen halb zusammen geschlagen, vnd die Spitze über die Achsel nach der Erden gesenckt, getragen.* IO. CHRISTIANVS LÜNIGIVS in *Tomo II. Theatri caerimonialis pag. 562. seq.* de pompa funebri Friderici Wilhelmi, Ducis Saxoniae Altenburgensis, anno CIↃ IↃC LXVIIII. *Drey Adeliche Marschaelle; diesen folgeten 42. von Adel ohne Visire. Hierauf kamen drey Marschaelle, welchen nachgiengen der Heer-Paucker vnd 8. Trompeter. Nach diesen wurde die Trauer-Fahne von einem von Adel getragen. Hierauf folgete das mit einer schwartz sammeten langen Decken bekleidete Trauer Pferdt, von zweyen von Adel geführet. Auf dieses wurde die Blut -* (oder Regalien-) *Fahne gleichfalls von einem von Adel getragen; eine Fahne, worauf des Hertzogthums Altenburg Wappen gemahlet, von einem von Adel getragen; ein Hand-Pferdt mit einer langen schwartzen Decken, woran zu beyden Seiten ietzberührtes Wappen zu sehen, vnd von zweyen von Adel geführet. So dann folgeten die Fahnen, vnd darzu gehoerigen Hand-Pferdte, mit denen Wappen derer übrigen Provinzen. Iede Fahne wurde von einem von Adel getragen, vnd iedes Hand-Pferdt von zweyen von Adel geführet. - Die Fürstliche Leiche wurde von 8. schwartz bekleideten Pferdten, deren iedes einer von Adel führete, fortgezogen. Nach solcher giengen drey Marschaelle, welchen die Leidtragenden Fürsten folgeten. - Ieder Fürstlichen Person wurde die Schleppe von einem von Adel nachgetragen. - Dann kamen drey Marschaelle; diesen giengen nach die Fürstlichen Fraeulein. - Iede wurde von zweyen von Adel geführet, vnd derselben von einem von Adel die Schleppe nachgetragen.* IDEM LÜNIGIVS *ibidem pag. 609. seq.* de funere nocturno Caroli, Electoris Palatini, anno CIↃ IↃC LXXXV. *Der entseelte Coerper Ihrer Churfürstl. Durchl. wurde hierauf von vier und zwantzig Edelleuthen, so Churfürstliche Vasallen waren, aus dem so genannten Kayser-Zimmer heraus gehoben. Diese trugen die Leiche auf ihren Schultern bis auf den Leichen-Wagen. - Den Anfang zur Procession machten 6. Mann von der Guarde. Diesen folgeten zwey Churfürstliche Vasallen*

pum celebrari consueuerunt, descriptionibus cognoscenda p.

## §. VI.

Neque vero in aula tantum dominis seruire toties debebant nobiles vasalli, quoties sollemnitas quaedam maiori specie atque pompa adornanda esset; verum in itineribus etiam, in quibus

*Vasallen von Adel, ein ieder mit einem Commando-Stab. Hierauf kamen die vier vnd zwantzig Herren von Adel, welche die Leiche auf den Leichen-Wagen gehoben, zwey vnd zwey. - So denn folgete der Leichen-Wagen welcher von 8. schwartz bekleideten Pferden gezogen wurde. Vier Churfürstliche Vasallen von Adel führeten die ersteren vier Pferde; die übrigen, vier Churfurstliche Cammer-Iuncker: - über den Leichen-Wagen war ein Himmel, welchen sechs Cammer-Iuncker vnd sechs Land-Edelleuthe trugen. - An den Kirch-Thore hoben die 24. Churfürstliche Vasallen von Adel die Leiche von dem Leichen-Wagen, vnd trugen sie in die praechtige Churfürstliche Grufft.*

p) Sollemnia funebria *Damiani Hartardi* Archiepiscopi et Electoris Moguntini; *Christiani I.* et *II. Ioannis Georgii I. II. et III.* Serenissimorum Saxoniae Ducum et Electorum; *Christiani V.* Regii Daniae Principis, qui gener erat Ioannis Georgii I. Electoris Saxoniae; *Magdalenae Sibyllae* vtriusque, quarum vna Alberti Friderici, Marchionis Brandenburgici et Ducis Borussiae, filia, Ioanni Georgio I. altera, ex domo Marchionum Brandenburgicorum Baruthina orta, Ioanni Georgio II. Electoribus Saxoniae auspicatissimo connubio iuncta fuit; *Elisabethae Charlottae*, viduae Georgii Wilhelmi, Electoris Brandenburgici, et *Annae Sophiae*, viduae Ducis Brunsuicensis, Friderici Vlrici, quae filia Ioannis Sigismundi, Electoris Brandenburgici, erat; *Friderici Wilhelmi Magni*, Marchionis et Electoris Brandenburgici; *Caroli Aemilii*, filii eius natu minoris; *Ioannis Ernesti* et *Bernardi*, Ducum Saxoniae Vinariensium; *Magdalenae Sibyllae*, Friderici Wilhelmi, Ducis Saxoniae Altenburgensis, coniugis secundae; *Ernesti*, Ducis Saxoniae Gothani; *Christiani*, Ducis Saxoniae Weissenfelsensis, et *Alberti*, Ducis Saxoniae Coburgensis, ex commentariis, quae in tabulariis Principum adseruantur, curate descripserunt, simulque Comitum, Baronum reliquorumque vasallorum nobilium in illis functiones recensuerunt, quos saepe in testimonium vocaui, ANTONIVS WECKIVS in *Parte IIII. Chronici Dresdensis Tit. V. pag. 411. 414. seq. 418. seq. 422. seq. 430. seq.* IOANNES SEBASTIANVS MÜLLERVS in *Annalibus Saxonicis pag. 330. seq. 400. seq. 410. seq. 473. seq. 513. seq. 588. seq. 604. seq. 672. seq.* et IOANNES CHRISTIANVS LÜNIGIVS in *Tomo II. Theatri caerimonialis, pag. 562. seq. 567. seq. 588. seq. 596.* et *seq.*

bus honor et dignitas eorum eximium et splendidum apparatum efflagitabat; qualia Germani *Ehren-Züge* appellare consueuerunt [a]. Ita ad dominos honoris et magnificentiae caussa comitandos illi obstricti erant, cum ad recipiendam inuestituram feudorum et regalium imperialem [b]; ad electionem Im-

a) IOANNES FRIDERICVS, BOGISLAVS, ERNESTVS LVDOVICVS, BARNIMVS et CASIMIRVS, Duces Pomeraniae, in *diplomate*, quo priuilegia nobilitatis Pomeranicae, anno CIↃ IↃ LX. confirmauerunt, apud LÜNIGIVM in *Tomo II. Corporis iuris feudalis Germanici, pag. 1067. Wann auch Vns oder Vnsern Erben die von der Ritterschafft vnd Adel in Ehren-Zügen, ausserhalb Krieges, als zur Lehns-Empfahung, Reichs-oder andern Versammlungs-Tagen, Fürstlichen Hoefen, Heimführungen vnd dergleichen Zügen ausserhalb Landes folgen, vnd sich in Vnsere oder Vnserer Erben Farbe kleiden sollen; so wollen Wir einem ieden von Adel, der mit zu reiten erfordert, nach alter Gewohnheit, das Tuch auf seinem Leib, als 5. Ellen Gewandt, vnd die Farbe auf so viel Personen, als ein ieder Pferde baben soll, samt den Muster in seine Behausung zu rechter Zeit zuschicken.* Conferatur DAVIDIS MEVII *Delineatio der Pommerischen Landes-Verfassung cap. XXIIII.* in WILHELMI FRIDERICI de PISTORIVS *Parte IIII. Amoenitatum historico-iuridicarum pag. 1039.* SAMVELIS STRYKII *dissertatio de Feudis Pomeranicis, cap. I. §. VI. pag. 13. seq.* MARCI RHODII *dissertatio de Seruitiis feudalibus vasallorum Pomeraniae orientalis, cap. II. §. XIII.* et ALBERTI GEORGII SCHWARTZII *Pommerische vnd Rugianische Lehn-Historie, pag. 146. 787. seq. 863.*

b) In *Chronico Hassiaco* RIEDESELIANO, cuius excerpta IOANNES PHILIPPVS KVCHENBECKERVS in *Collect. III. Analectorum Hassiacorum* edidit, ad annum CIↃ CCCCLXXXXV. *pag. 62.* et *seq.* haec commemorantur: *Darnach auf den naechsten Tag nach Margaretha, ist Herr Maximilian in Koeniglicher Maiestaet zu Worms gesessen, mit aller Zierrat, so einem Roemischen Koenig zugeboeret, in Beywesen aller vorgeschriebener Fürsten, Geist-vnd Weltlicher, die dann ihre Lehen also empfangen haben: Sonderlich auf den vorgenannten Tag, hat Herr Berthold, Ertz-Bischoff zu Mayntz, seine Regalia empfangen, vnd ist geritten kommen mit 2. Panier vnd 206. Pferden. Darnach Herr Hermann, Ertz-Bischoff zu Coellen, ist kommen mit 5. Panier vnd 400. Pferden, vnd sein Lehen empfangen. Darnach Herr Philips Pfaltzgraf bey Rhein, ist kommen mit 3. Panieren, samt 300. Pferden, vnd sein Lehen empfangen. Darnach Hertzog Friderich zu Sachsen ist kommen mit 13. Panier, samt 200. Pferden, so seine Regalia empfangen. Item auf der 12. Herren Tag, genannt Diuisionis Apostolorum, ist Herr Iohann, Ertz-Bischoff zu Trier kommen*

Imperatorum, aut Regum Romanorum [c]; ad coronationem illo-

*men mit 2. Panier; darnach Hertzog Albrecht zu Sachsen, ist kommen mit 12. Panier vnd 200. Pferden. Darnach Herr Friderich, Marggraf zu Brandenburg, mit 9. Panier vnd 400. Pferden, vnd seine Regalia empfangen. Item auf den naechsten Tag Diuisionis Apostolorum, ist Hertzog Magnus zu Mecklenburg kommen mit 6. Panier. Darnach auf denselben Tag sind die zwey Fürsten Herr Wilhelm der Mittler, Landgraff zu Hessen, vnd der Herr, der Iüngere Landgraf zu Hessen saemtlich kommen. Zum ersten ist Iohann Schenck zu Schweinsburg, Marschall, kommen mit dem Renn-Faehnlein, desselben Panier war weiss, vnd stunde darinnen das Wappen zu Hessen alleine, vnd berannte damit den Koeniglichen Stuhl, mit einem schoenen reissigen Gezeug, als sich eignet. Von Stund an seynd kommen die beyde Fürsten, mit 7. Grafen, Herrn vnd mit ihrer Ritterschafft, mehr dann auf 300. Pferde, vnd haben 2. Panier bracht, das erste trug Graf Philips von Solms, das war ein gross roth Panier, darinn stunde das Wappen von Hessen in der Mitten, vnd ausser drum 5. Wappen. - Das andere Panier war das Blut-Faehnlein, vnd bedeutete die Regalia, war gantz roth, das trug Graf Iohann von Widda.* Confer LÜNIGII *Tomum I. Corporis iuris feudalis Germanici, pag. 66.* et MÜLLERI *Annales Saxonicos pag. 90.* Cum primis vero legi merentur descriptiones caerimoniarum memorabilium, quibus Carolus V. Imperator, anno CIƆ IƆ XXX. fratrem, Ferdinandum I de terris et regalibus Austriacis, atque anno CIƆ IƆ XXXXVIII. Mauritium, Ducem Saxoniae, de Archimareschallatu Imperii et Electoratu Saxoniae, prisco more, per traditionem vexillorum sub dio inuestiuit, apud LÜNIGIVM in *citato Tomo I. pag. 707. seq.* et MÜLLERVM in *Annalibus Saxonicis, pag. 109. seq.* vnde apparet, Comites, Barones aliosque vasallos nobiles, splendidissime exornatos, itidem in illorum comitatu fuisse, atque nonnullos solium imperiale, prisco ritu, circumequitasse, alios vexilla prouinciarum portauisse.

c) AVCTOR ANONYMVS *Historiae coronationis Maximiliani I.* in *Collectione scriptorum de inauguratione, coronatione et electione aliquot Imperatorum, pag. 1. Anno Domini* CIƆ CCCC LXXXVI. *die XXVIII. Martii, inuictissimus et gloriosissimus Fridericus tertius, Imperator Romanorum semper Augustus, Maximilianus, eiusdem Friderici filius, Rex Romanorum electus, ac Principes Electores cum insigni Principum, Comitum, Baronum multorumque nobilium comitiua, post memorati Romanorum Regis electionem adhuc in Franckfurdia perdurantium, nauigio Coloniam et Aquisgranum versus, pro electi Regis coronatione iter accipientes, eo die Pinguiam attigerunt.* IOACHIMVS CAMERARIVS in *Adnotatione rerum gestarum ad annum* CIƆ IƆ LVIII. in MARQVARDI FREHERI *Tomo III. Scriptorum rerum Germanicarum, pag. 494.* de comitiis

illorum aut regiam Germanicam [d], aut imperialem Roma-
E nam;

tiis Electorum Francofurtensibus, in quibus Ferdinandus I. Rex Romanorum, regimen Imperii Germanici, quo Carolus V. Imperator se abdicauerat, consentientibus Electoribus, suscepit: *X. Cal. Mart. venit Francofurtum Rex Ferdinandus comitatu equitum bis mille nouem; Palatinus Elector, cum equitibus* IↃVIII. *Archiepiscopus Moguntinus cum* CC. *Augustus, Princeps Elector* (Saxoniae,) *cum* IↃ. *Marchio* (Brandenburgicus,) *Ioachimus Elector, cum* CCL. VI. *Cal. aduenit; Treuirensis Elector, cum equitibus* CC. *Coloniensis* V. *Cal. cum equitibus* CCL. *Araniae* (Arausionensis) *autem Princeps, Legatus Caroli Caesaris, cum centum equitibus.* MÜLLERVS in *Annalibus Saxonicis* ad annum CIↃIↃLXII. *pag. 134. Den 16. October reiset Churfürst Augustus mit einem ziemlichen Comitat nach Francfurt am Mayn, uff den Koeniglichen Wahl-Tag.* Huic iunge MELCHIORIS GOLDASTI *Reichs-Handlungen, pag. 270. seq.* vbi Comites et Barones, qui vna cum Electoribus aliisque Imperii Principibus, sollemnibus electionis Maximiliani II. Regis Romanorum, anno CIↃIↃLXII. Francofurti ad Moenum interfuerunt, speciatim nominantur. Ceterum, cum certum sit et exploratum, iam ante Caroli IIII. Imperatoris aetatem, Principes, ad electionem Imperatorum aut Regum Romanorum proficiscentes, insignem vasallorum nobilium numerum, non tantum ad splendorem, verum etiam ad securitatem in continuis, quae in Germania tum feruebant, turbis, adferendam, in locum electionis secum adduxisse; sane in lucem prodit ratio praecipua, cur ille in *Tituli I. Aureae Bullae §. XXII.* comitatum Principum Electorum ad certum numerum, *ducentorum* nempe *equitantium*, atque inter illos *quinquaginta tantum armatorum*, restrinxerit. Vasalli enim nobiles omnes, qui Principes in itinere comitabantur, eorumque famuli, olim armati erant: ideoque prouidendum fuit, ne Elector, iusto maiori armatorum numero stipatus, reliquis Electoribus metuendus esset, aut etiam per vim aliquid tentaret. Verum enim vero, restituta in Germania tot seuerissimis Imperii constitutionibus pace et tranquillitate publica, atque omni turbas in loco electionis metuendi caussa prorsus cessante, Principes Electores ex arbitrio et voluntate comitatum suum, ad splendorem potissimum, quem dignitas eorum eminentissima in praecipua Imperii sollemnitate exposcebat, ordinauerunt. Confer Illustris Domini de LVDEWIG *Commentarium in Auream Bullam Part. I. pag. 214. seq.* BVRCHARDI GOTTHELFF STRVVII *Corpus iuris publici Imperii Romano-Germanici cap. VII. §. XIII. pag. 197. 198.* et IAC. CAROLI SPENERI *Part. IIII. des Teutschen iuris publici Lib. IIII. cap. II. §. XI. pag. 467.* et *seq.*

d) IOANNES IOACHIMVS MÜLLERVS in *Parte I. des Reichs-Tags-Theatri cap. VI. §. IIII.* de introitu sollemni Friderici III. Imperatoris in vrbem

nam [e]; ad curias sollemnes, quas Imperatores et Reges Germanici, splendorem aulae Francicae aemulantes, diebus festis

vrbem Aquisgranensem, ad coronationem: *Belangend den Einzug zu Aach, so hatten Churfürst Friedrichs zu Sachsen 1500. Pferde den Vorzug, vnter welchen viel Grafen vnd von Adel mit güldenen, vnd ihre Diener mit silbernen Kleidern vnd Pferde-Schmuck gesehen worden. Auf diese folgte Churfürst Ludwigs zu Pfaltz Hauffe, welcher in 1000. wohlgeputzten Reutern bestund. Hierauf kamen Churfürst Dietrichs zu Coelln 1400. Reuter, den Hertzog Wilhelm zu Berg mit 800. gefolget. - Darauf folgte Churfürst Iacob von Trier, mit andern Fürsten Grafen vnd der Ritterschafft.* Confer ANONYMI *Historiam coronationis Maximiliani I.* in *Collectione scriptorum de Inauguratione, coronatione et electione aliquot Imperatorum, pag. 1.* et *4.* HARTMANNVM MAVRVM *de Coronatione Caroli V. Imperatoris Aquisgranensi, ibidem pag. 72. seq.* ADAMVM HEYDENVM *de Inauguratione Maximiliani II. Regis Romanorum, ibid. pag. 121. seq. 147.* et IESSENIVM *de Coronatione Matthiae, Regis Romanorum, ibid. pag. 206. 220. 225.* vbi Comites, Barones et nobiles, qui ideo *conscripti et acciti*, inter sollemnia illarum coronationum, in comitatu Electorum fuerunt, nominatim recensentur.

e) In *constitutione de expeditione Romana, pag. 247. seq.* editionis, quam Excellentissimus GEBAVERVS adornauit, Imperator ita sancit: *Statuimus ergo et decreuimus, cum consensu tam Spiritualium, quam Saecularium Principum, ibidem nobiscum assidentium, quando pro corona nostra, vel aliqua regni vtilitate aut honore, Romana expeditio a nobis vel a successoribus nostris praeparetur, ad omnium nobiscum euntium praeparationem, annus cum sex hebdomadibus, pro induciis detur et per totum taliter regnum fidelibus nostris indicetur: Cuicumque autem secundum hanc legem eadem expeditio imperetur, si ad curiam Gallorum, hoc est, in campum, qui vulgo Rungalle* (Roncalia) *dicitur, dominum suum non comitetur, et ibi cum militari apparatu non repraesentetur; feodo, praeter hos, qui cum gratia dominorum suorum remanserunt, in conspectu nostro, absque spe recuperationis priuetur.* AVCTOR VETVSTVS *de Beneficiis cap. I. §. XII. XIII.* in Domini SENCKENBERGII *Corpore iuris feudalis Germanici, pag. 160. Rex, quem eligunt Teutonici, cum Romam vadit ordinari, secum ibunt de iure sex Principes, qui primi sunt in eius electione, vt pateat Apostolico Regis iusta electio. Ibunt illuc et alii omnes imperialia beneficia habentes, quisque cum domino suo, nisi talento decimo iter redimat, quod annuatim a domino suo habuerat.* IVS FEVDALE SAXONICVM *cap. IIII. ibidem pag. 180. Wenne aber die Dutschen einen Kung kusen, vnd her zu Rome vert zu der Wiunge, so sin phlictic sechs Vursten mit inne zu varene, die di ersten in des reiches Kure sin. Der Bischof von Megenze, von Triere, vnd von Kolne, und der Pfaltzgreue vonme*

ſtis maioribus olim inſtituere ſolebant [f]; ad comitia Imperii vniuerſalia [g], et alios quoscumque conuentus publicos;



*me Rine, der Herzoege von Sachſen, vnd der Markgreue von Brandeburg, durch daz deme Babſte wizlic ſie des Kunges redelibe Kure. Auch ſal dar varen ieclich man mit ſine berren, der des riches gut ze leben bat, oder ber ſal die vart loſen mit den zebenden Pbunde, daz ber iarlicber von ine bat.* Similia legas in IVRIS FEVDALIS ALEMANNICI *cap. VIII. §. I. II.* et *III. ibid. pag. 24.* Conferas etiam VLRICI OBRECHTI *diſſertationem de Expeditione Romana*, inter *opuſcula academica*, *Argentorati anno* CIↃ IↃCC IIII. in vnum volumen collecta, *pag. 445. ſeq.* et BVRCH. GOTTHELFF STRVVII *Corpus iuris publici Imperii Romano-Germanici*, *cap. VII. §. XXXVIIII. pag. 245. et cap. XXIIII. §. V. VI. pag. 885. ſeq.*

f) ARNOLDVS LVBECENSIS *Lib. VII. Chronici Slauorum cap. XVIII.* in Illuſtris LEIBNITII *Tomo II. Scriptorum Brunſuicenſium pag. 740.* de Ottone IIII. Imperatore: *Dominus Rex faciem ſuam conuertit Brunſchwig, vbi feſtum Pentecoſten ſolenniter celebrauit. Ad quod Rex amicos tantum familiares adeſſe voluit. - Aderat quoque totus feſtinus Dux Bernhardus, Landgravius, Palatinus Comes Rheni, Miſnenſis Marchio, Conradus Marchio, Wilhelmus Dux Luneburgenſis, qui erat frater Regis Ottonis, Marchio de Brandenborch. Comitum vero non erat numerus, militum plurima multitudo, quibus omnibus honeſtiſſime et abundantiſſime de impenſa regia adminiſtratum eſt.* GESTA BALDVINI, Archiepiſcopi Treuirenſis, *Lib. II. cap. III.* inter IVSTI REVBERI *Scriptores rerum Germanicarum pag. 299.* de curia Henrici VII. Imperatoris Colonienſi, anno CIↃ CCC VIIII. *Ibidem continue ipſe Rex cum Principibus et nobilibus - in die natalis Domini ſolemniſſimam habens curiam, conuiuando feſtinauit.* LEGES FEVDALES TECKLENBVRGICAE in Domini de LVDEWIG *Tomo II. Reliquiarum pag. 300. §. VII. Die Lehenleuthe, ſo mit dem Graffen an des Kayſers Hoff ziehen, ſollen mit Nothdurfft verſehen werden.* De pompa, qua Imperatores Francici et Germanici curias ſollemnes celebrare conſueuerunt, legi merentur CAROLI du FRESNE *diſſertatio V. ad* IOINVILLAM, *de Curiis et feſtis ſollemnibus Regum Francorum*, in WILHELMI FRIDERICI de PISTORIVS *Parte I. Amoenitatum hiſtorico-iuridicarum, pag. 92. ſeq.* EIVSDEM CAROLI du FRESNE *Gloſſarium ad ſcriptores mediae et infimae Latinitatis*, in vocibus: *curia, feſtum;* CAROLI IIII. Imperatoris *Aurea Bulla Tit. XXII. §. I.* et *Tit. XXVI.* ibique *Commentarius* Illuſtris Domini de LVDEWIG *Parte II. pag. 265. ſeq. 561. ſeq.* et BVRCH. GOTTHELFF STRVVII *Corpus iuris publici Imperii Romano-Germanici*, *cap. VIIII. §. VIIII. pag. 319. ſeq.*

g) IOANNES RIEDESEL in *Chronico Haſſiaco*, apud IO. PHILIPPVM KVCHENBECKERVM in *Collectione III. Analectorum Haſſiacorum pag. 38.*

*Anno*

blicos [h]; aut ad nuptias extra territorium celebrandas,

*Anno 1397. hat Koenig Wenceslaus die Fürsten in Franckfurt erfordert, einen Landfrieden zu machen; kame auch dahin Landgraf Herman gar zierlich, vnd hatte mehr denn 500. Pferde wohlgerüst.* GEORGIVS SPALATINVS in *Historia Saxonica*, in BVRCH. GOTTHELFF STRVVII *Parte III. des Historisch-Politischen Archivs, pag. 112. seq. Im Iahr nach Christi Geburt 1526. sind Seine Churfürstliche Gnaden* ( Iohannes zu Sachsen ) *auf den Reichstag zu Speyer gezogen, vnd bey Ihnen gehabt drey Fürsten, Hertzog Hans Friederich zu Sachsen, Seiner Churfürstl. Gnaden Sohn, Hertzog Ernst vnd Hertzog Franciscus zu Braunschweig vnd Lüneburg, Gebrüder; Grauen Albrecht vnd Grauen Iobst von Mansfeld, Grauen Philipp von Solms; fünff Ritter, Herr Anarg von Wildenfels, Herr Philipp von Feilitsch, Herr Friederich von Thun, Herr Wolffen von Weißbach, Herr Hansen von Minckwitz.* IO. SEBASTIANVS MÜLLERVS in *Annalibus Saxonicis* ad annum CIↃ IↃ XXX. *pag. 84. Den 3. April brach Churfürst Iohannes zu Sachsen, nebst Seinem Sohne, dem Chur-Printzen, Hertzog Iohann Friedrichen, zu Torgau auf, vnd gieng nach Augspurg, vf den von Kayser Carl den V. ausgeschriebenen Reichstag, - vnd befunden sich in dessen Suite, - Graf Albrecht von Mansfeld nebst 70. Saechsischen von Adel, welche zusammen mit den Dienern 160. Pferde ausmachten.* Ipsum Gloriosissimi Principis Electoris Saxoniae, Ioannis, mandatum ad vasallos nobiles, quos in comitatum suum selegerat, scriptum, ex tabulario Vinariensi edidit IOANNES IOACHIMVS MÜLLERVS in *der Historie Evangelischer Staende Protestation Lib. III. cap. VIII. §. VIII. pag. 458.* vbi cum primis notabilia sunt verba: *Du wollest deine Sachen allenthalben darnach achten, vnd mit zwey gerüsten Pferden, in Leber-Farb gekleidet, wie dieser Zeit Vnser gemeine Hof-Farb ist, als für einen Schützen, vnd dein Schieß-Geraeth zu führen, bey Vns erscheinen.* Lege etiam Serenissimi Augusti, Saxoniae Electoris, mandatum, a Celeberrimo BVDERO in *Collectione variorum scriptorum ineditorum, pag. 510.* et *seq.* luci expositum, quo Comitibus quibusdam, vasallis suis, anno CIↃ IↃ LXVI. imperauit, vt ipsum, vna cum definito famulorum numero, in itinere ad comitia Augustana comitarentur; atque ea, quae AVCTOR *Electorum iuris publici* in *Tomo V. pag. 418.* et LÜNIGIVS in *Tomo I. Theatri caerimonialis pag. 37. 41. 68.* et *seq.* de comitatu Principum in comitiis Imperii memoriae prodiderunt.

h) AVCTOR ANONYMVS *Chronici Thuringici et Hassiaci cap. CXXI.* ad annum CIↃ CCCC LXXV. in Domini SENCKENBERGII *Tomo III. Selectorum iuris et historiarum pag. 442. Hertzog Wilhelm von Sachsen, der beyder Fürsten* ( Landgraf Ludewigs vnd Heinrichs zu Hessen ) *Ohme, da der vermerckte der zwey Brüder Vnwillen, da schlug er sich darein, - vnd satzte tag an, vnd bestimmte die gen Hersfeldt. Dahin kamen die Fürsten mit vielen Grafen,*

das i), proficiſcerentur; aut ad aliorum Principum ſollemnia
E 3 nuptia-

*ſen, Rittern vnd Edelleuthen.* IO. SEBASTIANVS MÜLLERVS in *Annalibus Saxonicis*, ad annum CIↃ IↃ XX. *pag. 73. Sonntags Iubilate iſt Hertzog Iohannes, nachgehends Churfürſt zu Sachſen, nebſt Seinem Sohne, Hertzog Iohann Friedrichen, zu Nordhauſen, vm die Erbuerbrüderung mit Heſſen zu renouiren, nebſt einigen Grafen, Rittern vnd von Adel eingelanget.* IDEM ad annum CIↃ IↃC XIIII. *pag. 274. Den 23. Febr. notificirte Churfürſt Iohann George zu Sachſen denen in Vormundſchafft verordneten Cantzlar vnd Raethen zu Weimar, die vff den 27. Martii, zur Erneuerung der Erbverbrüder - vnd Erbeinigung mit Brandenburg vnd Heſſen beliebte Zuſammenkunfft, mit dem Befehl, weilen deſſen vier aelteſte Pfleg - Soehne zu Weimar, nahmentlich: Iohann Ernſt, Friedrich, Wilhelm vnd Albrecht, auch daſelbſt erſcheinen würden, daſſ ſie bey Zeiten ein bequehm Logier zu Naumburg vor ſelbige beſtellen, auch vier von Adel vffm Lande zur Aufwartung beſchreiben ſollten.* IDEM MÜLLERVS *pag. 276. ſeq.* ſchedulas a deſignatoribus hoſpitiorum aulicorum conſcriptas, (*die Fourier - Zeddul*) exhibet, in quibus Comites, Barones et alii vaſalli nobiles, quos in illo conuentu Numburgenſi, Elector et Duces Saxoniae, Elector et Marchiones Brandenburgici itineris comites habuerunt, nominantur. Ex iis etiam, quae MÜLLERVS ad annum CIↃ CCCC XIIII. *pag. 8.* adnotauit, atque LÜNIGIVS in *Tomo I. Theatri caerimonialis*, *pag. 65.* commemorat, ſatis manifeſtum eſt, dominis ad concilia vel ſynodos commigrantibus, itidem nonnullos ex ordine vaſallorum nobilium delectos in itinere adeſſe debuiſſe.

i) IOANNES RIEDESEL in *Chronico Haſſiaco*, cuius excerpta KVCHENBECKERVS *Collectioni III. Analectorum Haſſiacorum* inſeruit, *pag. 66. Anno 1406. poſt purificationis Mariae, iſt Landgraf Wilhelm der Iüngere zu Heſſen, mit etzlicher ſeiner Grafen, Herrn, Ritter vnd Knechten, mit einem ſchoenen reiſſigen Gezeug gen Heidelberg geritten, vnd ihme Frau Eliſabeth, des Pfaltzgrafen Tochter gegeben, vnd durch den Biſchoff von Worms, Iohannen, Hand in Hand vertrauet worden.* ANTONIVS WECKIVS in *Parte II. Chronici Dreſdenſis*, *Tit. I. pag. 124. Anno 1459. verehligte ſich hochgedachter Hertzog Albrecht zu Sachſen, mit Zedenen,* (Sidonien) *Koenigs Georgen in Boehmen Tochter. - Es ward aber das Beylager diſſ Iahres am Dienſtage nach Martini, den 11. Nouember in der Stadt Eger gehalten. - Mit dem Herrn Braeutigam ſeynd zu Eger ankommen, ſein Herr Vater, Churfürſt Friedrich, vnd deſſen Herr Bruder, Hertzog Wilhelm, ſo wohl Ertz - Biſchoff Friedrich zu Magdeburg, Marggraf Albrecht zu Brandenburg, viel Grafen, Herren, Ritter vnd Edele, zuſammt einer groſſen Menge Frauenzimmer.* IDEM in *Parte IIII. Tit. III. pag 350.* de nuptiis Wilhelmi, Principis Arauſionenſis, et Annae, filiae Electoris Saxoniae, Mauritii: *Der Herr Braeutigam mit ſeinen Graſen, Herren, Edel-*

nuptialia k; deductiones coniugum illustrium in domum marito-

*Edelleuthen vnd Hofe zogen mit 1100. Pferden ein* MÜLLERVS in *Annalibus Saxonicis*, ad annum CIↃIↃ LXXXXVIII. *pag. 222. Sonntags den 14. May hielte Hertzog Iohann Ernst, der Aeltere, zu Sachsen-Eysenach, sein anderes Beylager mit Landgraf Wilhelms zu Hessen-Cassel Tochter, Christinen. Dieser Hertzog hat seine Land-Iunckern mit vff das Beylager zu reisen dergestalt beschreiben, daß sich ein ieder in einen sammeten Mutzen, vnd mit drey langen Schoessen kleiden, vnd sich also einstellig machen solle.* Quodsi filiae Principum desponsatae, sponsis illustribus ad consummandum matrimonium adducendae essent, certum Comitum, Baronum aliorumque vasallorum nobilium numerum illi itidem eligebant, qui eas honoris et pompae caussa comitaretur. MÜLLERVS in *Annalibus citatis* ad annum CIↃ CCCC LXXVIII. *pag. 46. Sonntags geschahe das Beylager zwischen Churfürst Ernsts zu Sachsen aeltester Tochter, Christinen, vnd Koenig Iohannsen in Dennemarck zu Coppenhagen, dahin die Braut dero Vaters Bruder, Hertzog Albrecht, nebst vielen Grafen vnd Herren gebracht.* IDEM ad annum CIↃ IↃC XXXIIII. *pag. 351. Den 5. Octob. Geschahe zu Coppenhagen das Beylager zwischen dem Koeniglichen Printzen zu Dennemarck, vnd Magdalenen Sibyllen, Churfürst Iohann Georgens I. iüngsten Printzessin, dahin sie von dero Frau Mutter, vnd beyden Herren Brüdern, als dem Chur-Printzen, Iohann Georgen II. vnd Hertzog Augusten zu Sachsen, mit 532. Personen vnd 479. Pferden begleitet wurde.* Legas etiam, velim, HERMANNI VLRICI de LINGEN *Part. I. derer kleinen Teutschen Schrifften, pag. 224. seq.* et LÜNIGII *Tomum II. Theatri caerimonialis pag. 495.*

k) IOANNES NOHIVS in *Chronico Hassiaco* in SENCKENBERGII *Tomo V. Selectorum iuris et historiarum, pag. 465.* de nuptiis Sigismundi, Ducis Austriae, et Catharinae, filiae Alberti, Ducis Saxoniae, Oeniponti anno CIↃ CCCC LXXXII. celebratis: *Zu solchen Hof ward der hochgebohrne Graf Ebert von Würtenberg geladen vnd reit mit 600. Pferden von Stutgarden bis gehn Kempten, da lies er den Gezeig, vnd reit forter durch das Gebürg mit 80. oder 90. Pferden, vnd das waren alle vnd die meisten, Grafen, Freyen, Ritter vnd Edelleuth, wenig Knecht.* MÜLLERVS in *Annalibus Saxonicis*, ad annum CIↃ IↃ XXVII. *pag. 81. Den 2. Iunii hielte Hertzog Iohann Friedrich zu Sachsen, mit Sibyllen, Hertzog Iohannsen zu Cleue Tochter, zu Torgau Beylager, welchen mit beygewohnet 18. Fürstliche Manns-vnd 5. Fürstliche Weibs-Personen, vnd an Graeflichen vnd Adelichen Frauenzimmer, in die 300. Personen. Churfürst Iohannes hat vor sich aus seinen Fürstenthum 25. Grafen vnd Herren mitgebracht.* Confer GEORGII SPALATINI descriptionem nuptiarum primarum Ioannis constantis, Ducis et postea Electoris Saxoniae, in BVRCH. GOTTHELFF STRVVII *Parte III. des Historisch-vnd Politischen Archivs, pag. 57. seq.* et ANTONII WECKII *Part. IIII. Chronici Dresdensis, Tit. III. pag. 340. seq. 351. 355.*

ritorum [l]; curias [m], aut exsequias [n] illorum sollemnes inuitati

l) WECKIVS *citato loco pag. 349. Im 1541. Iahre, am 9. Ianuarii hat zwahr Hertzog Moritz zu Sachsen, sein Fürstliches Beylager, mit Fraeulein Agnesen, Landgraf Philippens zu Hessen Tochter, zu Cassel gehalten, es ist aber diese Fürstin am 19. Nouember allererst - von Hertzog Moritzen vnd Hertzog Augusten, in Beyseyn Churfürst Iohann Friedrichs zu Sachsen, in Dresden stattlich eingeholet worden, vnd sind zu dieser Freude auch des Churfürstens zu Sachsen Herr Bruder, Hertzog Iohann Ernst zu Sachsen, ingleichen Hertzog Ernst zu Braunschweig, wie auch Fürst Wolff zu Anhalt, so wohl Hertzog Moritzens Frau Mutter, vnd Frau Elisabeth Hertzogin zu Sachsen, nebst viel Grafen vnd Herrn gekommen, so daß Hertzog Moritz damahls taeglich 1197 fremde Pferde mit Futter zu versorgen gehabt.* Respice etiam ad diploma Ducum Pomeraniae, supra in *nota*: *a. huius* §. adlegatum.

m) In *appendice versionis Germanicae Chronici Vetero-Cellensis*, in Illustris IO. BVRCHARDI MENCKENII *Tomo II. Scriptorum rerum Germanicarum, praecipue Saxonicarum, pag. 427.* haec commemorantur: *Darnach anno Domini* CIↃ CCCC LI. *do bilden dy zwenn Fürsten vnnde herrenn, Eren Friderichs vnd Ern Wilhelm, Gebrüder, Fastnacht zu Leipzigk mit eynander, wann do die fride zwyssen den Fursten vnd Bruder volricht bar vnd bestediget. Do bat herzog Friderich von Sachsen, seyn bern bruder, herzog Wilhelm, dass er mit samt scynnen grauenn vnd ritterschafft fastnacht mit ym zu Leipzigk balden wolde, ym bruderlicher Frundschafft, daß dann herzog Wilhelm zusagete zu thun, vnd zog rostigk* (rüstig, gerüstet) *auf die fastnacht.* ANONYMVS in *Chronico Thuringico et Hassiaco, cap. CXXII.* ad annum CIↃ CCCCLXXV. in SENCKENBERGII *Tomo III. Selectorum iuris et historiarum, pag. 445. Landgraf Ludwig von Hessen reit die Fastnacht mit 200. Pferden zu Marggraue Alberten von Brandenburg gen Anspach, vnd hielte mit ihm Hof.* Confer etiam ANONYMI *Congeriem etlicher Geschichte, so sich in Hessen zugetragen*, in KVCHENBECKERI *Collect. I. Analectorum Hassiacorum, pag. 34.* et MÜLLERI *Annales Saxonicos*, ad annum CIↃ IↃ XVIII. *pag. 71.*

n) ANTONIVS WECKIVS in *Parte IIII. Chronici Dresdensis Tit. V. pag. 409.* de pompa funebri Serenissimi Augusti, Principis Electoris Saxoniae: *Hierauf der Churfürstliche Saechsische gewesene Hof-Marschall, item der Chur-Brandenburgische vnd Hertzog Iohann Casimirs zu Sachsen Hof-Marschalle, ingleichen die Churfürstliche Saechsische Hof- vnd beschriebene Land-Iunckern, vnd hinter selbigen des Churfürsten zu Brandenburg, der Hertzoge zu Sachsen, Marggrafen zu Brandenburg, wie auch die Anhaeltische vnd Braunschweigische anwesende Grafen, Herren, Marschalle vnd von Adel.* IDEM *pag. 423.* de exsequiis

tati accederent; aut eos sponte conuenirent °; aut religiosas in terram sanctam susciperent expeditiones p.

§. VII.

sequiis splendidissimis Ioannis Georgii I. Principis Electoris Saxoniae: *Die hohen Officirer vnd Iunckern der fremden Herrschafft vnd Gesandten.* MÜLLERVS in *Annalibus Saxonicis*, ad annum CIↃ IↃC LV. *pag.* 402. de funere sollemni Bernhardi Magni, Ducis Saxoniae Vinariensis, *num.* 23. *Vier vnd zwantzig Weimar-Gotha- vnd Eisenachische Land-Adel, worunter auch der fremden Herrschafft, so wohl Weimar- vnd Gothaische Hof-Iunckern.*

o) FRIDERICVS RVDOLPHI in *Parte I. Gothae diplomaticae, cap. V. §. LVII. pag.* 25. de Ludouico Sancto, Thuringiae Landgrauio, eiusque coniuge Elisabetha, Andreae, Regis Hungariae filia, ex chronico Thuringiae manu scripto: *Anno 1222. ist er mit der Gemahlin in Vngarn gezogen, da er seinen Schwieger-Vater besuchet, hat einen grossen Comitat bey sich geführet, vnd werden sonderlich Graf Heinrich von Schwartzburg, Graf Günther von Kaefernburg, Graf Heinrich von Stollberg, Graf Gottfried von Ziegenhayen, Graf Meinhardt von Mühlberg, vnd Herr Rudolph der Schencke von Varila, benahmet; dieses waren alle seine Manne, saget das Manuscript.* Legas etiam IOANNIS NOHII *Chronicon Hassiacum, cap. LVII.* in SENCKENBERGII *Tomo V. Selectorum, pag.* 463. et *cap. LVIIII. pag.* 467.

p) ARNOLDVS LVBECENSIS, *Lib. II. Chronici Slauorum cap. II. §. III.* in LEIBNITII *Tomo II. Scriptorum rerum Brunsuicensium pag.* 630. de Henrico Leone, Duce Bauariae et Saxoniae: *Dux itaque tanta potitus quiete, tantisque fluctuationum emensis periculis, tanquam portum salutis commodum duxit, pro peccatis suis sanctum visere sepulcrum, vt adoraret Dominum in loco, vbi steterunt pedes eius. Ordinatis ergo rebus suis, de profectione Hierosolymitana acrius cogitare coepit, et terrae suae tutelam Wichmanno, Archiepiscopo Magdeburgensi, consignans, nobiliores terrae itineris sui socios fecit, Conradum scilicet, Episcopum Lubicensem, Henricum Abbatem de Brunswich, Bertholdum, Abbatem de Lünenburg, Primislaum, regulum Obotritorum, et Gunzelinum, Comitem de Zuerin, et Sifridum Comitem de Blanckenburg, et alios quam plures, tam de viris suis liberis, quam de ministerialibus.* Illustrauit hunc locum ex instituto IOANNES FRIDERICVS SCHMIDIVS in *dissertatione de Henrici Leonis, Ducis Bauariae et Saxoniae, itinere Hierosolymitano, §. V. pag. 9. seq.* IOANNES ROTHE in *Chronico Thuringiae*, in MENCKENII *Tomo II. Scriptorum rerum Germanicarum, praecipue Saxonicarum, pag.* 1717. de Ludouici Sancti, Thuringiae Landgrauii, itinere in Palaestinam: *Ludewig der togindsammer Furste, eyn Landgraue zcu Doringen vnde zcu Hessin, vnde pfaltzgraue zcu Sachsin, der zooch do vss Smalkaldin mit zcwen hundirt pherdin, vnde mit gar gutir*

## §. VII.

Testatissima igitur est consuetudo, vniuersae Germaniae communis, quae vasallos nobiles ad seruitia aulica et honoraria, Principibus et Proceribus Imperii praestanda, obstrinxit. Occasio et caussae illius in Germaniam inducendae, procul dubio inde enatae sunt; quod vasalli ex institutis feudorum antiquissimis ad reuerentiam dominis exhibendam [a], et honorem eorum

F quo-

*gutir Ritterschafft. Czu dem erstin, so warin do in synen Hoff gerechnit, der edele Graue, Er Lutze von Wartperg, Graue Gunther von Keffernberg, Graue Burkart von Brandinberg, Graue Meynhard von Molpurg, Graue Heinrich von Stalberg; diese funf Grauen waren alle syne man. Dornach zcoch mit ym, Er Herman von Helderungen, Er Rudolff schencke von Varula, Er Henrich von Ebrisberg, marschalg, Er Herman von Slotheym, truckfesse, Er Friderich von Drefurte, Er Hartung von Erffa, hofemeister, vnde Er Heinrich von Baure, cammermeister; dise sibin fribe herrin, adir edil, waren ouch syne man. Dornoch zcogin myd ym, Er Lutolff von Berlstete, Er Rudolff von Biltzingisloibin, Er Gerhart von Elende, Er Ditherich von Subach, Er Siffard Rothe, Er Ludewig vnde Er Ruddolff von Husen, gebruder, Er Henrich von Meideborg, Er Reinhard Varch, Er Berlt von Mila, Er Berlt von Heilingin, Er Ebirhard Gerhard von Cappil, alle Ritter vnde andir Erbar lute vil vss dem lande zcu Doringin vnde Hessin, dy alle sine man waren, gute weppener, vnde mit pherdin vnde mit harnasche wol gezcugit.* IOANNES SEBASTIANVS MÜLLERVS in *Annalibus Saxonicis pag. 34. 42.* et *56.* Comites, Barones et nobiles longa itidem serie recenset, qui anno CIↃ CCCC LXI. Wilhelmum III. anno CIↃ CCCC LXXVI. Albertum animosum, Duces Saxoniae, et anno CIↃ CCCC LXXXXIII. Fridericum Sapientem, Saxoniae Electorem, in expeditionibus sacris comitati sunt. Conferri etiam meretur ALBERTVS GEORGIVS SCHWARTZIVS in *der Pommerischen vnd Rugianischen Lehn-Historie, pag. 666.* et *seq.*

a) AVCTOR VETVSTVS *de Beneficiis cap. I. §. VIII.* in Domini SENCKENBERGII *Corpore iuris feudalis Germanici, pag. 160. Homo exhibeat etiam Domino suo debitum honorem et seruitium.* IVS FEVDALE SAXONICVM *cap. III.* sub finem, *ibidem pag. 180. Der man sol ouch sinen herren mit Wort und mit tat eren, woh er bi ime ist, vnd ufsten gen ime, vnd in lazen vorgen.* IVS FEVDALE ALEMANNICVM *cap. VI. §. III. ibid. pag. 23. Ez sol auch ain man sinen herren furdern mit worten vnd mit werken. Er sol gen im vfstan, er rit oder ge. Er sol in auch vor lan gaun.*

quocumque modo tuendum ac promouendum [b] obligati essent, atque in bellicosa Germania Principes et Proceres praecipuum decus aeque ac praesidium et potentiae suae argumentum in militari vasallorum nobilium apparatu inuenirent [c]. Quam ob rem

b) In formulis sacramenti, quod olim Regibus Francorum fideles eorum omnes dixerunt, apud PETRVM PITHOEVM in *Collectione scriptorum XII. annalium et historiae Francorum, pag.* 508. et MELCHIOREM GOLDASTVM in *Tomo III. Constitutionum imperialium, pag.* 200. haec promissio legitur: *Fidelis vobis adiutor ero, vt illam potestatem, quam in Regio nomine et Regno vobis Deus concessit, ad ipsius voluntatem et ad vestram ac fidelium vestrorum saluationem, cum debito et honore et vigore tenere et gubernare possitis.* IOANNES, Episcopus Tridentinus, in litteris inuestiturae, quas Antonio de Castro Barco anno CIↃ CCCC LXXV. scripsit, et LÜNIGIVS in *Tomo I. Corporis iuris feudalis Germanici pag.* 1722. in lucem produxit: *De aduerso vero dictus Antonius promisit et, tactis corporaliter sacro-sanctis Scripturis Euangelicis, inquit, quod ipse nos et Ecclesiam nostram Tridentinam, in persona, iuribus, bonore et rebus, totis viribus conseruare et manutenere iuuabit, omni dolo et fraude semotis.* EVERWINVS, Comes de Benthem, in diplomate, quo se vasallum Abbatis et Abbatiae Fuldensis anno CIↃ CCCC LXXX. profitetur, in *Codice probationum Clientelae Fuldensis* IOANNIS FRIDERICI SCHANNAT, *num. XXXXV. pag.* 217. *Promittimus et spondemus, praefatum Dominum nostrum Fuldensem, suosque successores et Ecclesiam Fuldensem fouere et diligere fideliter, et alias debita seruitia, prout vasallum decet erga Dominum suum feudi, fauorabiliter exhibere, ipsorum vtilitatem et commodum et bonorem fideliter promouere et aduersa ac damna auisare, quemadmodum baec omnia stipulata manu, fide data, promisimus et erectis digitis corporaliter iurauimus.* Hodie etiam vasallos in plerisque Germaniae prouinciis ad honorem dominorum tuendum ac promouendum iurisiurandi religione obligari, manifestum est ex formulis; quas LÜNIGIVS exhibet in *Tomo II. Corporis iuris feudalis Germanici, pag.* 346. 580. 755. 790. 1063. 1130. 1577. *seq.* 1714. et *Tomo III. pag.* 623. 801.

c) IVLIVS CAESAR *Lib. VI. de Bello Gallico cap. XV. Alterum genus est equitum*, (qua denominatione eum Proceres Gallorum omnes, qui Druides, siue sacerdotes non erant, comprehendere, *cap. XIIII.* quod praecedit, luculenter ostendit). *Ii cum est vsus atque aliquod bellum incidit, omnes in bello versantur; atque eorum vt quisque est genere copiisque amplissimus, ita plurimos circum se ambactos clientesque* (ministeriales et vasallos, ) *babet. Hanc vnam gratiam potentiamque nouerunt.* C. CORNELIVS TACITVS in *cap. XIII. de Moribus Germanorum: Magna*, ait, *et comitum* (quos posterius aeuum vasallos

rem mirum nemini videbitur, illos insignem horum numerum in singulari felicitatis parte habuisse [d]; atque IVS PROVINCIALE ALEMAN-



los appellauit) *aemulatio, quibus primus apud Principem suum locus. Haec dignitas, hae vires, magno semper electorum iuuenum* (nempe ex ordine vasallorum) *globo circumdari, in pace decus, in bello praesidium. Nec solum in sua gente cuique, sed apud finitimas quoque ciuitates id nomen, ea gloria est, si numero ac virtute comitatus emineat.* AVCTOR ANONYMVS *Chronici Laurisbamensis*, in MARQVARDI FREHERI *Tomo I. Scriptorum rerum Germanicarum, pag. 91.* de Folcnando Abbate: *Folcnandus, communicato fratrum, ministerialium ac fidelium suorum consilio, tres Abbatiae curias, videlicet Obbenheim, Wibelingen, Gingen, Regiae potestati in concambium tradidit, - exceptis his, quas de praedictis villis homines seu ministeriales Laurisbamensis Ecclesiae iure beneficiali ab antiquo possident, quae idcirco Rex remiserat, ne forte dignitas regalis Abbatiae, militari clypeo, qui vulgo dicitur:* Herschildt, *subtracto, diminueretur.* IDEM *ibidem pag. 78* de Vdalrico Abbate: *Qui communicato XII. illustrium fidelium suorum consilio, (quo numero etiam beneficialis summa militaris clypei, qui vulgo dicitur:* Hereschildt, *Laurisbamensis Ecclesiae includitur) singulis pro quantitate beneficiis centenos milites armatos assignauit, eosque distinctis ordinibus incedentes maxima frequentia insequens, tam tutus quam ornatus Regis et Regni conspectui se obtulit;* et *pag. 88. Septem principalia beneficia, quae vulgo appellantur:* Vollehen, *morte septem nobilissimorum Ecclesiae fidelium in vnam personam Godefridi* (Comitis Palatini Rheni) *breui deuoluta sunt, et post ipsum ad generum eius, Ducem Welphonem transierunt, maximo videlicet Ecclesiae detrimento. Exinde siquidem militaris clypeaturae, scilicet* Hereschild, *integritas confusa, atque in diuersa distracta est, et Ecclesiae status tam in militari frequentia, quam in re stipendiaria, in suis opportunitatibus et regalibus expeditionibus imminutus est, multorum seruitiis in vnam personam collatis, solumque mansit inane nomen domini et hominii.* Clypei igitur militaris appellatione vasallorum illustrium et nobilium numerum complectitur auctor chronici, atque in eo Abbatum et Abbatiae dignitatem, decus, ornamentum et praesidium constitisse, idemque, illo imminuto, quam maxime deminutum fuisse, innuit.

d) CONRADVS de BVSSNANG, S. Galli Abbas, apud CONRADVM de FABARIA in *cap. XIII. de Casibus S. Galli*, quem GOLDASTVS in *Tomo I. Scriptorum rerum Alemannicarum* in lucem produxit, *pag. 81.* vasallos et ministeriales suos his verbis adloquitur: *O praeclarissimi milites B. Galli, vos prosapia generis et nobilitas ac magnificentia Ecclesiae magnificauit, immo et ipsa in vobis magnificatur et in filiis vestris.* IOANNES SEBASTIANVS MÜLLERVS in *Annalibus Saxonicis* ad annum CIↃ IↃ XXV. *pag. 79. Als der Bauern-Krieg*

ALEMANNICVM in ipſo Imperatore eligendo deſiderare, vt vaſallorum nobilium numero et apparatu ſit inſtructus [e]. Et quotusquisque eſt, quin dominis feudorum illuſtribus cum maxime honorificum et glorioſum fuiſſe, exiſtimet, ſplendido fortiſſimorum heroum, qui virtutis militaris [f] et fidei in dominos plane ſingularis [g] laude eminebant, coetu et comitatu coronari, atque

*Krieg ſich angefangen, hat Churfürſt Iohannes zu Sachſen, ſich gegen D. Luthern folgender Worte vernehmen laſſen: Es iſt wahr, Gott hat mich zu einen groſſen Fürſten gemacht, vnd mir eine ſtattliche Ritterſchafft vntergeben, daß ich wohl etzliche hundert Pferde kann ſattlen laſſen. Wann es aber Gott anders haben vnd mich nicht alſo bleiben laſſen will, ſo ſoll mir ſolches nicht ſo hart entgegen ſeyn, daß ich darum mit meinen lieben Gott zürnen wollte; ich will Ihm zu Gehorſam auch gerne, wenn es Ihm alſo gefaellig, mit 8. oder 4. Pferden reiten.*

e) IVS PROVINCIALE ALEMANNICVM *cap. XXIII. §. I.* in IOANNIS AVGVSTI Nobilis Domini de BERGER *Collatione codicis iuris Alemannici, pag. 163. Die Furſten ſollen kieſen einen Koenig, der ein Freyherr ſey, vnd alſo frey, daß ſein Vatter vnd ſein Mutter frey ſeyen geweſen, vnd nicht ſollen Mittelfrey ſeyen, ſie ſollen nicht ſeyn Mann, denn der Pfaffen-Fürſten Mann, vnd ſollen Mittelfreyen zu Mann haben. Semperfreye, Freyherrn* IVS ALEMANNICVM nobiles ſuperioris ordinis, Principes nempe, Comites et Barones appellat: *Mittelfreye* autem eos, qui hodie ad claſſem nobilium inferiorum referuntur. Vide, ſi lubet, *Tomum I. commentariorum meorum de Iuribus et praerogatiuis nobilitatis auitae, eiusque probatione, pag. 56. ſeq.* in *nota: b.* et *pag. 207.* in *nota: d.*

f) Nobiles Germaniae, et ſuperioris et inferioris ordinis, vitam omnem in armis et ſtudiis rei militaris olim tranſegiſſe, atque in illis adeo excelluiſſe, vt exterae, et bellicoſiſſimae quidem, nationes, immo vero ipſi Germanorum hoſtes infeſtiſſimi virtutem ac fortitudinem illorum admirarentur, non modo TACITVS et IVLIVS CAESAR, aliique rerum Romanarum ſcriptores, verum omnium etiam ſaeculorum annales teſtantur.

g) C. CORNELIVS TACITVS in *cap. XIIII. de Moribus Germanorum: Cum ventum in aciem, turpe Principi virtute vinci, turpe comitatui virtutem Principis non adaequare. Iam vero infame in omnem vitam ac probroſum, ſuperſtitem Principi ſuo ex acie receſſiſſe. Illum defendere, tueri, ſua quoque fortia facta gloriae eius adſignare, praecipuum ſacramentum eſt. Principes pro victoria pugnant, comites pro Principe.* AVCTOR ANONYMVS, qui *de Origine*

atque ab illis publica honoris et reuerentiae obſequia recipere? Cum igitur tot rerum Germanicarum monumenta rationes obligationis vaſallorum nobilium ad ſeruitia aulica ante oculos omnium ponant, nemo non animaduertit, a recta via longe aberraſſe ANDREAM KOHLIVM [h] et alios, qui in iuribus peregrinis,



*gine et hiſtoria Archiducum Auſtriae* ſcripſit, *Lib. II. cap. XII.* in SENCKENBERGII *Tomo IIII. Selectorum iuris et hiſtoriarum, pag. 122.* vbi proelium Sempacenſe cruentiſſimum deſcribit, in quo Leopoldus, Dux Auſtriae, et inſignis nobilium, qui ſub auſpiciis eius militabant, numerus, ab Heluetis anno CIↃ CCCLXXXVI. caeſus fuit: *Der Fürſt ſelber Hertzog Lupold, ein ſchoener iunger Fürſt, vnd ſeine beſte vnd liebſte Leuth wurden da erſchlagen, vnd wie der Fürſt geſellet war, fiel Herr Waltener von Freyberg auf den Fürſten, der Meynung ihn alſo zuzudecken, vnd ihm ſein Leben zu beſchirmen, auch mit ſeinem ſelbſt eigenen Tod, wie er dann auch auf dem Fürſten erſchlagen worden, aus groſſer Treu, vnd ein redlich Stück an ſeinem Fürſten vnd Herrn begienge, ewiges Lobes werth.* IOANNES SEBASTIANVS MÜLLERVS in *Annalibus Saxonicis*, ad annum CIↃ IↃ XXXXII. *pag. 58. Montags nach Trinitatis gieng Hertzog Moritz zu Sachſen mit 5. Compagnien zu Fuß, vnd einer ſtarcken Squadron zu Roß, als ein Volontaire in Vngarn, vnd begab ſich in die Belagerung vor die Stadt Peſt, allwo ſein Leben, wie man pflegt zu reden, recht an einen ſeidenen Faden gehangen. Denn als an einen Sonntage die Türcken einen Ausfall thaten, vnd der Hertzog ſich ſehr wagte, vnd auf den Feind allzuhitzig loſsgieng, wurde ihme das Pferd vnterm Leibe erſchoſſen, vnd weilen ſo dann die Turcken mit ihren Saebeln auf ihn loſsgehauen, ſo haette er ſonder Zweiffel ſein Leben laſſen müſſen, wann er nicht durch Gottes Hülffe vnd Beyſtand, vnd ſeines einigen noch vm ſich gehabten Leib-Dieners, Sebaſtian von Reibiſch, eines Thüringiſchen von Adel, ſonſt der Schneuber genannt, Treue errettet worden, geſtalt dann dieſer über ſeinen bereits hart verwundeten vnd vom Pferde herabgefallenen Herrn ſich mit Fleiß geleget, vnd die Hiebe mit den Türckiſchen Saebeln ſo lange aufgefangen, biß der Entſatz von denen Chriſten darzu gekommen; er der Reibiſch ward ſo gefaehrlich bleſſiret, daß er in dem Lager ſeinen Geiſt aufgab.* Confer GEORGII ARNOLDI *vitam Mauritii, Electoris Saxoniae*, in MENCKENII *Tomo II. Scriptorum rerum Germanicarum, praecipue Saxonicarum, pag. 1166.*

h) In *Parte IIII.* libri, quem *de Seruitiis feudalibus* conſcripſit, *num. 77. pag. 167.* et *ſeq.* Verba eius huc omnino transferenda ſunt: *Aduertendum inſuper*, ait, *vaſallum ſeruire teneri, non modo cum neceſſitas poſtulat; verum etiam quoties iis dominus ad apparatum ſplendidiorem magisque honorificum*

Longobardorum nempe feudali, Romanorum ciuili et canonico pontificio illas quaesiuerunt. Quamquam enim ius Longobardicum vasallos ad dominum reuerenter colendum, eiusque honorem tuendum non minus obligat [i], quam iura feudorum Germanica [k]; at tam altum ceteroquin in eo est de seruitiis illorum aulicis silentium, vt ea prorsus ignorare videatur, cum praesertim feudum hac conditione concessum, vt vasallus domini vxorem, diebus festis in templum procedentem, comitetur, impropriis, quae ab ordinaria et communi feudorum, scilicet Longobardicorum, natura recedunt, accenseat et parum ei faueat [l]. Argumenta vero ex legibus Romanis de operis liber-

*opus habet, siue, vt nostrates loquuntur*, so wohl in Ehren - als in Nothfaellen. *Comprobat hoc non modo notissima Germaniae consuetudo, verum etiam textus c. I. de forma fidelit.* ( in *Tit. VI. Libri II. iuris feudalis Longobardici*, ) *quo statuitur, vasallum domino auxilium praestare debere in his, quae ad honestatem eius pertinere videntur. Cum primis autem ad honestatem domini pertinere dignoscitur splendidus et eximius apparatus, quoties eum tempus et occasio desiderat, in sollemnitate puta nuptiali, vel conuentu Principum, aliorumque magnorum Procerum, aut alia quadam singulari festiuitate. Suffragatur item lex: eius artificii, versic. tales, Digest. de Operis libert. quo praecipitur, operarum praestationem esse faciendam secundum dignitatem eius, cui sunt praestandae. Quis autem dubitet, dignitati domini potissimum conuenire, vt in huiusmodi casibus vasalli decenter ornati praesto sint, et in honorem domini seruitia sibi incumbentia diligenter exhibeant; facit in simili textus c. ita subiectus, ibi: quasi episcopis honor deferatur, distinct. 95.*

i) Vide *Libri II. Titulum VI. VII.* et *XXII.*

k) Supra in medium adlata in *notis: a* et *b. huius §.*

l) *Libri II. Titulo II. §. II.* verbis: *Praeterea si aliquis tenor praeter communem feudi rationem in inuestitura a domino dicatur interuenisse: vel si dicatur feudum sub tali conditione dedisse, vt vasallus in festiuis diebus vadat cum vxore sua ad ecclesiam: omni facultate probandi domino ademta, habeat vasallus potestatem defendendi se per sacramentum.* Confer IOANNIS WVRMSERI *de Feudis impropriis classem III.* eiusque *sect. X. pag. 287. seq.* et HENRICI a ROSENTHAL *Tractatum et synopsin totius iuris feudalis, cap. II. conclus. LXV. pag. 81.* Neque igitur quemquam adhuc latere poterit caussa, cur etiam interpre-

libertorum, et decretis iuris canonici de episcopis a clericis honorandis petere, atque ad seruitia vasallorum nobilium aulica obtorto quasi collo trahere, quam inconcinnum sit, omnes intelligunt, qui res a se multo diuersissimas secernere didicerunt.

## §. VIII.

Saluum est hodieque, consultissimis rationibus suffultum et longissimo vsu stabilitum Principum ac Procerum Germaniae ius seruitia aulica et honoraria a nobilibus vasallis exposcendi. Tametsi enim status aularum recentiori aeuo maxime immutatus, et caerimoniarum in illis longe alia hodie, quam olim, sit ratio [a]; deinde Principes etiam ac Proceres Germaniae, praesertim potentiores, insigni ministrorum aulicorum, quos hodie constituere solent, numero stipati, ministeriis vasallorum aulicis non amplius opus habere videantur [b]; tandemque itinera illa Principum sollemnia, quae Germani: *Ehren-Züge* appellare consueuerunt, nostra aetate maxima ex parte cessent [c]: attamen

terpretes iuris feudalis plerique de seruitiis vasallorum nobilium aulicis plane sileant, siquidem illi Longobardorum iuri fere mancipati, instituta Germanorum feudalia parum curauerunt.

a) Quemadmodum ex instituto commonstrauerunt GOTTFRIED STIEVE in *den Europaeischen Hof-Ceremoniel*, IVLIVS BERNHARDVS de ROHR in *der Einleitung zur Ceremoniel-Wissenschafft grosser Herren*, et IOANNES CHRISTIANVS LÜNIGIVS in *Theatro caerimoniali.*

b) Id quod sibi persuasit AVCTOR ANONYMVS *des Gründlichen Beweises, daß ein Fürste berechtiget sey, die Ritter-Dienste entweder in den ersten vnd alten Zustand wieder zu setzen, oder ein proportionirliches Stück Geld alle Iahre dauor zu fordern, pag. 61.*

c) Ad inuestituram enim imperialem, ad electionem et coronationem Imperatorum Regumque Romanorum Germanicam, ad comitia aliosque conuentus publicos Principes ipsi hodie non proficiscuntur, sed legatos mittunt. Vide IOANNIS IACOBI MOSERI *Partem III. der Einleitung zu dem Reichs-Hof-*

tamen arbitrio illorum relictum est, vasallos nobiles, ad sollemnitates aulicas, splendidiori apparatu adornandas, et seruitia honoraria in illis praestanda; immo vero ad itinera etiam, in quibus numerosiori comitatu honoris et pompae caussa vti decreuerunt, euocare. Primo enim iuri suo numquam renunciauerunt, quin potius sollemnibus pactionibus illud muniuerunt [d]. Deinde ex descriptionibus caerimoniarum in introitu Principi-

*Hof-Raths-Proceß*, *cap. IIII. §. LIII. seq. pag. 407. seq.* IO. CHRISTIANI LÜNIGII *Tomum I. Theatri caerimonialis, pag. 1225. seq.* et *Tomum II. pag. 977. seq. 983. 985. 986. 989. 990.* BVRCHARDI GOTTHELFF STRVVII *Iurisprudentiam feudalem cap. XI. §. VI. pag. 317.* EIVSDEM *Corpus iuris publici Imperii Romano-Germanici cap. VII. §. XIII. pag. 195. cap. XXIII. §. XVII. pag. 829.* et CHRISTIANI GOTTLIEB RICCII *Partem II. des zuuerlaeßlichen Entwurffs von dem Landsaeßigen Adel in Teutschland, cap. XVIIII. §. XXXV. pag. 403.* Expeditiones et coronationes Imperatorum Germanicorum Romanae, curiae illorum sollemnes et itinera Principum religiosa in terram sanctam iam dudum exoleuerunt. Lege STRVVII *Corpus iuris publici cap. XXIIII. §. VI.* sub finem, *pag. 888.* Illustris Domini de LVDEWIG *Part. I. Commentarii in Auream Bullam, pag. 608. seq. nota: a.* et IOANNIS FRANCISCI BVDDEI *dissertationem* de *Expeditionibus cruciatis*, sub finem. Ad nuptias, baptismata, exsequias aliasque Principum aliorum sollemnitates raro ipsi Principes accedunt, sed ad eas inuitati plerumque ministros dignitate et meritis conspicuos ablegant, qui ipsorum vice ac nomine illis intersint: rariores etiam hodie sunt, quam olim, Principum coitiones, et, si congrediuntur, aut quamcumque ob caussam peregrinantur, ministrorum quorumdam aulicorum et bellicorum comitatu tantum vtuntur, atque, ad euitandas iuris caerimonialis hodierni subtilitates et controuersias, dignitatem sublimem saepe dissimulant. Vide MÜLLERI *Annales Saxonicos pag. 657. 674. seq.* et Domini de ROHR *Partem I. der Einleitung zur Ceremoniel-Wissenschafft grosser Herren cap. VIIII. §. IIII. pag. 126. §. VIIII. pag. 128. seq. cap. X. §. XXVII. pag. 147. cap. XI. §. XVIIII. XXI. pag. 180. seq. cap. XVIII. §. IIII. V. pag. 305. seq.* et *Part. II. cap. II. pag. 357. seq.*

d) Ita Fridericus Wilhelmus Magnus, Princeps Elector Brandenburgicus, cum anno CIϽ IϽC L. possessionem episcopatus Halberstadiensis, quem pax Westphalica in principatum saecularem commutauerat, occuparet, et sacramentum ab ordinibus et subditis illius reciperet, pactione sollemni cum illis confecta, inter alia, seruitia aulica aeque ac militaria sibi stipulatus est, apud

Principum in territorium suum, aut vrbes eius primarias, at-
G que

apud LÜNIGIVM in *Parte I. Collectionis von der Mittelbahren oder Landsaessigen Ritterschafft in Teutschland, pag. 1111. §. XXXVI.* verbis: *Sie seyn aber dahingegen schuldig, Vns oder Vnseren Successoren, mit denen gewoehnlichen Lehn-Pferden, nach Anweisung der Lehn-Briefe, auf Befehl vnd Erforderung des Landes-Fürsten aufzuwarten.* Gloriosissimus Princeps Elector Saxoniae, Ioannes Georgius II. cum Serenissimo Fratre, Christiano, Duce Saxoniae Martisburgensi, de traditione marchionatus Lusatiae inferioris, an. CIↃ IↃCLVII. paciscens, ius seruitia aulica a Comitibus et Baronibus exigendi sibi reseruauit. Verba pacti, quae huc spectant, supra recitaui in *nota: f. §. V.* In aula Gothana moris est, vt Duces in inuestitura feudorum seruitia aulica pariter ac militaria a vasallis nobilibus nominatim sibi stipulentur. Vide FRIDERICI RVDOLPHI *Partem I. Gothae diplomaticae cap. XXII. pag. 295.* et LÜNIGII *Tomum II. Corporis iuris feudalis Germanici, pag. 744.* Inter iura et priuilegia ordinum prouincialium ducatus Brunsuico-Guelpherbytani, a Serenissimis Ducibus anno CIↃ IↃCC VIIII. confirmata, apud LÜNIGIVM in *Parte II. Collectionis von der Landsaessigen Ritterschafft, pag. 155. §. XXXXI.* hoc quoque ex recessibus prouincialibus de annis CIↃ IↃC XIII. et CIↃ IↃC LXXXXV. repetitur et ratum habetur: *Wann der engere oder groessere Ausschuß von gnaedigster Herrschafft in Landes-Angelegenheiten, oder auch die Landsassen zum Aufwarten vnd Dienstverrichtung verschrieben werden, geniessen dieselbe aus der Casse ihre Defrayirung.* Electores etiam et Duces Brunsuico-Lüneburgici iuri suo hac formula, litteris inuestiturae, quas vasallis nobilibus scribunt, inserta, cauere solent: *Auch alles dasienige thun vnd leisten soll, was auf Fürsten-Hoefen, Ehren-Zügen, vnd sonsten innerhalb Landes einem getreuen Leben-Mann eignet vnd gebühret.* Vide LÜNIGII *Tomum II. Corporis iuris feudalis Germanici, pag. 1406. num. 42.* In primis vero memorabile est diploma Friderici I. Regis Sueciae, qui regnum adhuc sapientissime gubernat, anno CIↃ IↃCC XX. scriptum, quo iura et priuilegia ordinum prouincialium Pomeraniae Suecicae et Rugiae, ex indulgentia et pactis Ducum Pomeraniae olim adquisita, approbauit suaque auctoritate muniuit, apud LÜNIGIVM in *Parte II. Collectionis von der Landsaessigen Ritterschafft, pag. 294.* et *seq.* vbi ad nostrum argumentum praecipue pertinent verba, quae sequuntur: *Wann auch Vns, Vnseren Successoren vnd der Crone Schweden, die von der Ritterschafft vnd Adel in Ehren-Zügen ausserhalb Krieges, als zur Lehns-Empfahung, Reichs-vnd anderen Versammlungs-Tagen, Fürstlichen Hoefen, Heimführungen vnd dergleichen Zügen ausserhalb Landes folgen, vnd sich in Vnsere, oder künfftig succedirender Koenige in Schweden Farbe kleiden sollen; so wollen wir einen ieden von Adel, der mit zu reiten erfordert, nach alter Gewohnheit das Tuch zur Kleidung auf seinen Leib, als 5. Ellen Gewand vnd die Farbe auf so viel Personen, als ein ieder Pferde haben soll, samt den Muster in seine Behausung zu rechter

que receptione homagii, a vasallis et subditis praestandi [e]; in nuptiis illorum [f], baptismate liberorum ipsis natorum,

*ter Zeit zuschicken. - Da wir aber die Ritterschafft innerhalb Landes fordern, so soll es der Kleidung halber, allermassen, wie oben gemeldet, mit ihnen gehalten werden.* Confer diploma Ducum Pomeraniae de anno CIↃ IↃ LX. quod supra adduxi in *nota: a. §. VI.*

e) Legi meretur LÜNIGII *Tomus II. Theatri caerimonialis, pag. 371. seq. 1550. 894. seq. 916. seq. 909. 919. 920. seq.* vbi pompa, qua Ioannes Philippus Franciscus, Episcopus Herbipolitanus, et Clemens Augustus, Episcopus Monasteriensis, anno CIↃ IↃCC XVIIII. sedem episcopalem ingressi sunt, itemque ritus sollemnes, quibus Gloriosissimi Imperatores et Archiduces Austriae, Iosephus anno CIↃ IↃCC V. et Carolus VI. anno CIↃ IↃCC XII. ordines Austriae prouinciales, atque Georgius Ludouicus, Elector Brunsuico-Lüneburgicus, anno CIↃ IↃCC VI. Fridericus Wilhelmus, Rex Borussiae et Elector Brandenburgicus, anno CIↃ IↃCC XIII. et Leopoldus, Princeps Anhaltinus Coethensis, anno CIↃ IↃCC XVI. vasallos et subditos suos iurisiurandi religione sibi deuinxerunt, et prima honoris ac reuerentiae obsequia ab illis receperunt, describuntur. Caerimonias, quibus anno CIↃ IↃCC XXXIII. Serenissimo ac Potentissimo Saxoniae Electori, FRIDERICO AVGVSTO II. qui eodem anno regium etiam Poloniae solium felicissimis auspiciis conscendit, ordines Lusatiae superioris Budissae votum sacramentumque soluerunt, diligenter et accurate litteris consignauit IO. CHRISTIANVS GOTTHELFF BVDAEVS in *Tomo I. Singularium historico-litterariorum Lusaticorum, pag. 215. seq.* vbi etiam rescriptum Laudatissimi Principis ad supremum circuli Budissinensis praefectum, inseruit, ex quo verba, quae sequuntur, huc omnino transscribenda sunt. *Es ist demnach Vnser gnaedigstes Begehren, Ihr wollet erwehnten Vnsern gehorsamen Staenden, vnd welche darzu gehoeren, durch ein bey dergleichen Faellen gewoehnliches Ausschreiben, solches zu erkennen geben, vnd sie dergestalt zusammen erfordern, daß sie laengstens gegen den 18. May, da Wir Tages darauf in eigner Person eintreffen wollen, in der Stadt Budissin in voller Anzahl vnausbleibend einkommen, sich der Gewohnheit vnd loeblichen Gebrauch nach mit Annehmung Vnserer Person vnd anderer schuldigen Aufwartung der Gebühr allenthalben erweisen.*

f) LÜNIGIVS in *Tomo II. Theatri caerimonialis, pag. 463.* de nuptiis Ioannis Wilhelmi, Ducis Saxoniae Isenacensis, cum Principe Saxonica Weissenfelsensi, Magdalena Sibylla, anno CIↃ IↃCC VIII. Weissenfelsae celebratis: *Den 27. Iulii Abends funden sich die verschriebene Cavaliers ein. Den 28. Vormittags ward die Aufwartung angesaget;* et *pag. 464.* de introitu illius sollemni; *num. 29. Der Cammer-Iuncker von Werther führete die Cavaliers vom Lande*

rum g, et funeribus sollemnibus h, hoc, quo viuimus, saeculo



*Lande.* IDEM *pag. 472.* vbi sollemnia nuptialia Augusti Wilhelmi, Principis hereditarii Brunsuico - Guelpherbytani, et Elisabethae Sophiae Mariae, ex familia Ducum Holsatiae natae, Guelpherbyti anno CIↃ ↃCC X. peracta, commemorat, de pompa, qua ad benedictionem sacram processerunt: *60. Cavaliers an der Zahl fingen den Marsch an*; et paullo post de conuiuio sollemni: *So bald die Herrschafft in den grossen Saal eingetreten, erschien der Erb-Landes-Marschall, Herr von Olderhausen, mit dem Marschalls-Stab in der Hand, hinter welchen der Erb-Hofmeister, der Herr von Veltheim vor 20. Land-Edelleuten hergieng, (worunter sich viele befanden, so würcklich in Diensten des Hertzogs stunden, mittlerzeit aber bey dieser Function als Land-Staende consideriret wurden,) denen die Amts- vnd Land-Raethe folgten, welche die Schüsseln mit bedeckten Haeuptern trugen vnd dieselben dem Erb-Hofmeister gaben, der sie auf die Fürstliche Tafel setzte.* IDEM *pag. 1541. seq.* de splendidissimo introitu Serenissimae MARIAE IOSEPHAE, quam Caesareo sanguine ortam et auspicatissimo connubio sibi sociatam, Celsissimus tum Princeps Regius Poloniae et electoratus Saxonici Heres, FRIDERICVS AVGVSTVS, iam vero Rex Poloniae et Elector Saxoniae Potentissimus, Pater patriae et Dominus noster longe Clementissimus, anno CIↃ IↃCC XVIIII. in patriae fines et regiam Dresdensem felicissime introduxit, *num. 6. Die Laussnitzer Staende, als drey aus dem Budissinischen, 6. aus dem Ober-Creysse, 7. aus dem Nieder-Creyss, 15. aus dem Goerlitzer Creyss. Diese Land-Staende waren zu Pferde, alle in schwartz sammeten Roecken, mit goldenen Balleten ausgemacht, vnd gelben Taffent Vnter-Futter, darunter drap d'orne vnd drap d'argent-Westen;* et *num. 7. Der Erb-Marschall mit der Noblesse, wobey die Chur-Fahne geführet worden, vnd haben von Noblesse so wohl aus denen alten Erb- als auch denen incorporirten Landen sich befunden: 7. Personen aus dem Chur-, 8. aus dem Thüringischen, 9. aus dem Meissnischen, 6. aus dem Leipziger Creysse, 2. aus dem Stifft Wurtzen, 6. aus dem Ertz-Gebürgischen, 9. aus dem Voigtlaendischen, 2. aus dem Neustaedtischen Creysse. Diese Cavaliers waren gleichfalls in schwartzen sammeten Roecken, mit goldenen Balleten ausgemachet, vnd mit gelben Taffent gefüttert, darunter hatten sie reiche drap d'orne Westen mit Frangen gantz starck besetzet.*

g) Vide LÜNIGII *Tomum II. Theatri caerimonialis, pag. 527. 528. 531. 534.* vbi, Diuum Imperatorem Carolum VI. ad sollemnia baptismatis filii, qui anno CIↃ IↃCC XV. et filiarum, quae annis CIↃ IↃCC XVII. et XVIII. ipsi nascebantur, ordines prouinciales et vasallos Austriae inferioris euocasse, animaduertes.

h) Lege descriptiones caerimoniarum splendidissimarum, quibus sollemnia funebria *Sophiae Charlottae*, Reginae Borussiae; *Georgii Wilhelmi*, Ducis

culo celebratis, satis manifestum est, vasallos nobiles hodie non minus, quam olim, ad ministeria honoraria, dominis feudorum illustribus in sollemnitatibus eorum aulicis exhibenda, obstrictos esse [i]. Testantur etiam de hac illorum obligatione iureconsulti Germaniae haud pauci, iidemque rerum Germanicarum peritissimi, nempe ANDREAS KOHLIVS [k], GEORGIVS ADAMVS STRVVIVS [l], FRIDERICVS MÜLLERVS [m], IOANNES SCHILTERVS [n], CASPARVS HENRICVS HORNIVS [o], GODOFREDVS CHRISTIANVS LEISERVS [p], GOTTLIEB GERHARD TITIVS [q], IOANNES HENRICVS Nobilis Dominus de BER-

cis Brunsuico-Lüneburgici, anno CIↃ IↃCC V. *Ioannis Wilhelmi*, Principis Saxoniae Gothani, CIↃ IↃCC VII. *Mariae Amaliae*, Landgrauiae Hassiae Cassellanae, CIↃ IↃCC XI. et *Friderici I.* Regis Borussiae atque Electoris Brandenburgici, CIↃ IↃCC XIII. peracta sunt, in LÜNIGII citato *Tomo II. pag. 673. seq. 681. seq. 684. seq. 696. seq. 707. seq.* vnde liquet, vasallos nobiles iisdem, quibus olim, ministeriis in exsequiis Principum publicis hodie etiam defungi.

i) Idem comprobat ius caerimoniale aulae Brunsuico-Guelpherbytanae hodiernum in LÜNIGII *Tomo I. Theatri caerimonialis, pag. 294. num. 2. Ausserordentlich vnd bey Solennitaeten pflegt es bey der Fürstlichen Tafel auf nachgesetzte Weise gehalten zu werden: Die Speisen werden durch die Laquayen aus der Küche geholet vnd vom Kuchen-Meister auf einer Tafel in einem Zimmer, nicht weit von dem Tafel-Gemach rangiret; darauf kommen die Land-Staende vnd vornehmsten von Adel im Lande, vnd tragen die Schüsseln mit bedeckten Haupte in den Ess-Saal biss an die Fürstliche Tafel, woselbst der aelteste von den Adelichen Geschlechte derer von Veltheim, vnd Lehn-Traeger, als Erb-Küchen-Meister, mit bedeckten Haupte die Essen auf die Tafel setzet.*

k) In *Parte IIII. tractationis de Seruitiis feudalibus, num. 77. pag 167.* et *seq.*

l) *Cap. XI. Syntagmatis iuris feudalis §. VII. num. 1. pag. 422.*

m) In *Practicae ciuilis Marchicae resolut. LXXII. num. 14. seq. pag. 156.*

n) In *Commentario ad cap. VI. Iuris feudalis Alemannici §. V. pag. 77.*

o) *Cap. XVIII. Iurisprudentiae feudalis §. V. pag. 460.*

p) *Lib. I. Iuris Georgici cap. XI. num. 13. pag. 58.*

q) *Cap. XIIII. des Teutschen Lehn-Rechts §. XXI. pag. 382.*

BERGER [r], HENRICVS HILDEBRAND [s], GEORGIVS ENGELBRECHT [t], PETRVS TORNOVIVS [u], MATTHIAS IOANNES BEEHR [v], IOANNES DAVID LVEDECKE [x], CASIMIRVS GODOFREDVS a BEVST [y], IOANNES CAROLVS NAEVIVS [z], IOANNES BALTHASAR Liber Baro de WERNHER [aa], IOANNES ANDREAS WESTPHAL [bb], IOANNES DENEKEN [cc], BVRCHARDVS GOTTHELFF STRVVIVS [dd], IOANNES LAVRENTIVS FLEISCHERVS [ee], IOANNES GOTTLIEB HEINEC-



r) In §. *XVII. dissertationis de Fide vasallitica*, in *volumine dissertationum*, a Perillustri Auctore editarum, *pag. 1173.*

s) *Cap. II. dissertationis de Equo sequelae et ad alia seruitia destinato, atque de equo equestri et feudali §. I.* et *II. pag. 20. seq.*

t) *Cap. I. dissertationis de Seruitiis vasallorum militaribus §. II.* et *III. pag. 5. seq.*

u) In *Part. I. de Feudis Mecklenburgicis Sect. IIII. §. X. pag. 330.*

v) *Lib. III. Rerum Mecklenburgicarum*, quas luci publicae haud ita pridem exposuit Clarissimus KAPPIVS, *cap. XVIII. pag. 1717.*

x) *Cap. II. dissertationis de Adaeratione seruitiorum equestrium §. VIIII. pag. 12.*

y) In *Commentario in* SAM. STRYKII *Examen iuris feudalis pag. 215.*

z) *Cap. IIII. des Lehn-Rechts §. I. pag. 79. seq.* et *cap. XIII. §. VII. pag. 440. seq.*

aa) In *Part. I. Selectarum obseruationum forensium, obseruat. LXXVII. pag. 94.*

bb) *Sect. IIII. Quaestionum feudalium cap. I. quaest. V. pag. 227.* et *seq.*

cc) In *Part. II. des Dorff- vnd Land-Rechts Lib. II. cap. VIII. §. XXVIII.* sub finem, *pag. 195.*

dd) *Cap. XVI. Iurisprudentiae feudalis §. XV. pag. 489.* et *seq.*

ee) *Cap. XVI. Institutionum iuris feudalis §. VI. pag. 650.* et *§. XX. pag. 667. seq.*

CIVS [ff], MATTHIAS de SCHVLENBVRG [gg], CHRISTIANVS GOTTLIEB RICCIVS [hh], HENRICVS CHRISTIANVS SENCKENBERGIVS [ii], et CHRISTIANVS GOTTLIEB BVDERVS [kk]. In primis vero ILLVSTRIA IVRECONSVLTORVM VITEMBERGENSIVM et HALLENSIVM COLLEGIA memorabilibus responsis, quae anno CIↃ IↃCC VII. vasallis nobilibus consulentibus dederunt, dominis feudorum illustribus ius seruitia aulica ab illis exigendi grauissimis argumentis vindicauerunt [ll].

§. VIIII.

ff) In *Tom. I. Elementorum iuris Germanici Lib. I. Tit. III. §. LXXII. pag. 55.*

gg) *Cap. II. dissertationis de Priuilegiis ac praerogatiuis nobilium mediatorum in Germania §. II. not. e. pag. 41.*

hh) In *Part. II. des zuuerlaesslichen Entwurffs von dem Landsaessigen Adel in Teutschland cap. XVIIII. §. XXXV. pag. 403. seq.*

ii) In *Part. II. Primarum linearum iuris feudalis cap. XIII. §. CCCLXII. pag. 423.* et *seq.*

kk) *Cap. XXIII. Amoenitatum iuris feudalis pag. 153.* et *seq.*

ll) Responsum IVRECONSVLTORVM VITEMBERGENSIVM Perillustris Liber Baro de WERNHER, illorum quondam Praeses et ornamentum, *Obseruationi forensi LXXVII. Partis I. pag. 95.* inseruit, his verbis conceptum: *Wollen dieselben ferner: Ob sie, wenn Todes-Faelle, Beylager oder Kind-Tauffen bey gedachten Herrn Graffen sich ereignen, aufzuwarten vnd Wache zu halten schuldig? des Rechten belehret seyn. Ob nun wohl die Herren in denen Gedancken stehen, daß, wenn nicht ein anders vergliechen, die Vasallen zu keinen anderen Seruitiis, als militaribus wieder ihren Willen angehalten werden moegen, in mehrer Betrachtung, daß solche in Ansehung der Gefahr, darinnen der Dominus directus schwebet, praestiret werden, also da dergleichen nicht verhanden, die obligatio cessire; Hiernaechst daß einige derer Vorfahren, zumahlen dieienige, von welchen die Herren nicht caussam haben, dergleichen gethan, ihnen nicht praciudiciren mag; auch Niemand aus dem blossen Ansinnen der Dienste, da solche nicht würcklich erfolget, ein Recht erlangen kann, vielmehr in dergleichen Fall die Praescriptio contra operas statt findet: Dieweil aber dennoch die Seruitia, so de natura feudi sind, nicht nur die militaria, sondern auch andere, so in Ehren-Faellen praestiret werden, in sich begreiffen, auch dieselben weder in der*

## §. VIIII.

Vt vero ambitus pariter ac limites testatissimi iuris luculenter etiam appareant, adnectendae a me erunt obseruationes

*der inuestitur, ausdrücklich ausgenommen, noch praescribiret; So sind die Herren, wenn Todes-Faelle, Beylager oder Kind-Tauffen bey ihrem Lehn-Herrn sich ereignen, dabey aufzuwarten vnd Wache zu halten schuldig.* Responsum IVRECONSVLTORVM HALLENSIVM exstat in *Tomo I. Consiliorum Hallensium Lib. III. num. L. pag. 668.* itidem dignissimum, quod hoc loco recenseamus: *Zum andern wird gefraget: Ob ermeldter Herr Graf von P. berechtiget sey, von seinen Sub-Vasallis bey ereigneten Solennibus die Aufwartung zu praetendiren? Ob nun wohl scheinen moegte, dergleichen Seruitia aulica waeren inter determinata zu rechnen, vnd folglich, wann in den Lehn-Briefen dauon keine Meldung geschehen, keinen Vasallen anzumuthen; nachgehends sich Quaerentes mit der Obseruance schützen koennten, nach welcher sie sich nicht erinnerten, dergleichen verrichtet zu haben; Ferner solche Seruitia eine neue speciem Feudorum ausmachten, welche Hof-Lehn genennet würden, die ihnen doch vnbekannt; über dieses der Herr Graf in solchen Herrschafften nur als Baron anzusehen waere, vnd folglich nicht zu praesumiren, daß er dergleichen dem Adel anzumuthen befugt sey; zu geschweigen, daß auch der Herr Graf, ob er gleich ehemahlen dergleichen verlanget, solches dennoch, ohngeachtet die wenigsten erschienen, nicht weiter gesuchet, vnd mithin, wie es scheinet, sich dieses Dienstes selbsten begeben habe: Dieweil aber ieder Vasall gehalten ist, seinen Lehn-Herrn in dergleichen Aufzügen, welche zu dessen Ehren erfordert werden, gewaertig zu seyn, auch solche Ehren-Züge durchgehends in Teutschland in Gebrauch sind, dazu die Vasallen verschrieben zu werden pflegen,* KOHLIVS *de Seruitiis feudalibus Parte IIII. num. 77. über dieses dem Lehn-Herrn, wenn die Seruitia militaria wegfallen, ausser diesen fast nichts übrig bleibet, welches er von seinen Vasallen zu gewarten, vnd demnach da ieder Vasall regulariter zu einen Dienst verbunden, gar nicht noethig ist, daß dessen in denen Lehn-Briefen eben mit ausdrücklichen Worten zu erwehnen; nachgehends der Freyherrliche Stand, welcher dem Graeflichen ohnedem vor diesem wenig oder nichts nachgegeben, Würde genung hat, dergleichen Aufzüge zu veranstalten, daran selber auch die Ehre des Vasallen nicht wenig Theil nimmt; endlich dem Lehns-Herrn nicht praeiudiciret, daß er zu etlicher ihren Ausbleiben stille geschwiegen, angesehen ihm wohl nicht eben gelegen gewesen seyn mag, alle vnd iede seiner Vasallen vm sich zu haben: Als halten wir dauor, daß sich der Aufwartung bey Verloebnissen, Kind-Tauffen, Todes-Faellen, wenn solche der Lehn-Herr erfordert, vnd anstaendige Verrichtungen aufgetragen werden, dessen Vasallen nicht entziehen moegen.* Elaborauit hoc responsum Illustris Dominus de LVDEWIG, cuius inclitum nomen ei subnotatum legitur *pag. 672.*

nes quaedam singulares, quae illos commonstrant atque illustrant. Indicaui in descriptione seruitiorum aulicorum [a], vasallos nobiles ea debere dominis feudorum militarium directis, illustri dignitate conspicuis. Nimirum iure eiusmodi seruitia a nobilibus vasallis exigendi gaudent Principes, Comites et Barones. De Principibus res ex tot documentis ac testimoniis, quae hactenus produxi, adeo clara et manifesta est, vt nemo facile ius, quod ipsis ex notissima Germaniae consuetudine competit, in dubium vocauerit. Neque de eo dubitauerunt vmquam nobiles vasalli, quin potius honori et gloriae sibi duxerunt, in aula Principum comparere, et publica ac sollemnia honoris et reuerentiae officia illis exhibere; atque adeo aegre tulerunt, si nullae ipsis functiones in sollemnitatibus aulicis demandarentur [b]. Quemadmodum vero ius primogeniturae recentiori aeuo in plerasque Principum Germaniae familias modis legitimis inductum fuit; ita quaestio hoc loco subnascitur: an Filii Principes natu minores seruitia aulica a vasallis nobilibus exposcere queant, nec ne? Ex natura et indole iuris primogeniturae, filius natu primus patri in territorio eius vniuerso, atque iuribus quibuscumque succedit; adeoque dominium etiam feudorum directum et iura, quae ei adhaerent, solus adquirit [c]. At enim vero, cum familiae quaedam illustrissimae hanc successionis speciem receperint, vt, salua primum geniti praerogatiua, fratribus post genitis certa terrarum et iurium

a) In *§. II. huius commentationis.*

b) Vide LÜNIGII *Tomum II. Theatri caerimonialis pag. 683.* ibique notam subiunctam.

c) Legas velim, HENRICI de COCCEII *Iuris publici prudentiam cap. XVII. §. XVIII. seq. pag. 456. seq.* IO. GVILIELMI ITTERI *Commentationem methodicam de Feudis Imperii cap. XII. §. XXII. pag. 656.* BVRCH. GOTTHELFF STRVVII *Corpus iuris publici Imperii Romano-Germanici cap. XXXI. §. VIIII. pag. 1167.* et EIVSDEM *Iurisprudentiam feudalem cap. VIII. §. XV. pag. 237.*

iurium portio, ad tuendam ex reditibus dignitatem illustrem, adsignaretur [d]; his etiam certus vasallorum nobilium numerus vna cum portione terrarum delegari consueuit, vt seruitiis eorum aulicis vterentur [e]. Moris quoque est in familiis Principum Germaniae, vt viduabus eorum illustribus vasalli quidam nobiles, dotalitio vicini, ad ministeria aulica, quibus di-

H gnita-

d) Confer STRVVII *Corpus iuris publici citato loco §. XI. seq. pag. 1172. seq.*

e) In tabulis pactionis, qua FRIDERICVS, Dux Saxoniae Gothanus, cum Serenissimis Fratribus, de diuisione et regimine terrarum paternarum, anno CIↃ IↃC LXXX. transegit, a Viro Illustri, ADAMO FRIDERICO GLAFEY in appendice *des Kerns derer Geschichte des Hohen Chur- vnd Fürstlichen Hauses zu Sachsen*, productis, *pag. 1485.* hunc in modum inter illos conuentum esse legitur: *Als auch zum dreyzehenden derer vier iüngeren Herren Gebrüder Durchlauchtigkeiten, im vorhergehenden siebenden Punct alle in eines iedweden Landes Portion bezirckte vnd angesessene Cantzley-Schrifft- vnd Amtsaessige von Adel vnd andere Lehen-Leute mit zugeeignet worden; - So haben dieselben nunmehro solch ihre Vasallen so wohl zu benoethigter Aufwartung zu gebrauchen, als ihnen die Belehnung in ihren eigenen Fürstlichen Nahmen bey denen Regierungen verglichener massen ertheilen zu lassen*; et paullo post, *pag. 1491.* et *seq. Die Aufforderung derer Ritter-Pferde vnd des Ausschusses haben Hertzog Friedrichs Durchl. vnd Dero Successores immediate auch in derer Herren Brüdere Landes-Antheilen, zugleich aber in iedes Herrn Nahmen zu verordnen, vnd soll gedachter Land-Ausschuß in derer vier Herren Brüdere Landes-Antheilen zwahr denenselben mit pflichtbar gemachet werden, auch bey Sollennitaeten die Aufwartung zu thun schuldig seyn, iedoch daß solches Herrn Hertzog Friedrichen an dem beym Defensions-Wercke alleine habenden Commando vnd voelliger Disposition desselben zu einigen Nachtheil vnd Abbruch nicht gereiche.* Perlustra etiam documenta, quae Illustris Dominus GLAFEY in *citata appendice* exhibet *pag. 1335. 1404.* Ipse Vir Eruditissimus *pag. 1010.* ad testamentum Alberti, Ducis Saxoniae, haec adnotauit: *Die Worte: Mannschafft vnd Leute, bedeuten in Vrkunden mehrentheils Lehns-Vasallen, dergleichen auch hier aus dem Freybergischen vnd Wolckensteinischen Bezirck an Hertzog Henrichen mit überwiesen worden. Es hat aber nicht den Verstand, daß sie dadurch der Ober-Lehns-Herrschafft des regierenden Herrns, Hertzog Georgens gar entzogen werden sollten. Denn es ist nichts seltsames, daß abgeschiedene Herren, wenn ihnen gewisse Oerter zu ihrer Nutzung eingegeben werden, auch gewisse Adeliche Lehns-Leute mit überkommen, deren sie sich zu ihren Hof-Diensten vnd andern gebrauchen koennen.*

gnitatis et honoris caussa opus habent, obligentur [f]. Quod ad Comites attinet, eos quoque in antiquissima iuris seruitia aulica et honoraria a vasallis nobilibus exigendi possessione conspicimus [g]. Immo vero dynastas, qui hodie Liberi Barones

f) IO. SEBASTIANVS MÜLLERVS in *Annalibus Saxonicis*, ad annum CIↃ IↃ XXXVI. *pag. 91. Dienstags nach Luciae Virginis hat Hertzog Philipp zu Pommern das Amt vnd Schloss Bardt, mit 3000. Gulden Rheinisch, in Müntz, iaehrliches Einkommens an Geld vnd Nutzungen, zu seiner Gemahlin Marien, Churfürst Iohann Friedrichs zu Sachsen Schwester, Leibgut, nebst denen Amt-Leuthen daselbst, wie auch der Erbarn Mannschafft mit 30. Pferden überwiesen, vnd darüber sub dato Bardt einen Leibgedings-Brief ausgestellet.* In *pactis dotalibus Friderici IIII.* Ducis Holsatiae Gottorpiensis, et Regiae Sueciae Principis, *Hedwigae Sophiae*, anno CIↃIↃCLXXXXVIII. constitutis, quae CHRISTOPHORVS GEORGIVS IARGOVIVS in appendice *der Einleitung zu der Lehre von den Regalien*, in lucem protulit, §. *XIIII.* sub finem, *pag. 309.* Serenissimae Sponsae haec a Sponso Illustrissimo promittuntur: *Da auch Ihro Koenigliche Hoheit vnd Liebden erheischender Nothdurfft nach zu verreisen oder zu andern dergleichen Behuff mit Adelicher Aufwartung zu versehen seyn moegte, wollen Wir in gedachten* (zum Leibgedinge ausgesetzten) *Aemtern oder andern derer übergetragenen Oertern die Versehung vnd Anweisung thun lassen, daß Ihro Koenigliche Hoheit vnd Liebden, Dero hohen Stande vnd Reputation gemaeß, damit genugsam versorget seyn koennen.* MATTHIAS IOANNES BEEHR *Lib. VIII. Rerum Mecklenburgicarum cap. XVIII. pag. 1717.* posteaquam de seruitiis vasallorum nobilium Mecklenburgicorum aulicis, Serenissimis Ducibus praestandis, disseruit, haec addit: *Sic etiam Ducibus viduabus duodecim seruitia feudalia equestria adsignari placuit, eorum nobilium, qui vidualitio proximi essent, vt Duces viduas, exigente necessitate, comitarentur.*

g) Scilicet commonstrant illam LEGES FEVDALES TECKLENBVRGICAE, ab Ottone, Comite Tecklenburgico, olim promulgatae, et ab Illustri Domino de LVDEWIG ex antiquo codice descriptae in *Tomo II. Reliquiarum manu scriptorum omnis aeui diplomatum*, vbi *pag. 297. §. I.* de obligatione vasallorum nobilium Tecklenburgicorum ad seruitia aulica et honoraria Comitibus praestanda, haec legimus: *Erstlich seynd die Lehensleute schuldig, wann sie von den Graffen zu Tecklenburg durch einen belehnten Mann 14. Tage zuuor erfordert seyn, daß sie auf das Hauß Tecklenburg einkommen, vnd aldar vier Wochen auf ihren Kosten verharren vnd residiren, dadurch werden sie befreyet, daß sie das Iahr nicht mehr dienen doerffen;* et *pag. 300. §. VII. Die Lehenleute, so mit den Graffen an des Kaysers Hoff ziehen, sollen mit Nothdurfft verse-*

nes appellantur, iam pridem illud exercuisse, animaduertimus [h]. Dubitatum quidem fuit nostra memoria, an Barones idem ius hodie etiam sibi adrogare possint? sed, cum dignitas illorum dignitate Comitum non multo inferior, quin immo ei fere aequalis inde a multis saeculis in Germania habita fuerit, atque illi iisdem paene iuribus ac priuilegiis, quibus Comites, ibi gaudeant [i]; ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM



*verschen werden, aus vnd wieder hin.* Inter consuetudines curiae feudalis Comitum Hohenloicorum in LÜNIGII *Tom. III. Corporis iuris feudalis Germanici pag. 70. num. VIIII.* haec quoque commemoratur: *Wann die Vasallen zu Graeflichen Beylagern, Kind-Tauffen vnd Exsequien eingeladen werden, müssen sie erscheinen.* His iunge descriptionem exsequiarum sollemnium Ioannis Friderici, Comitis Hohenloici, anno CIↃIↃCCII. celebratarum, in LÜNIGII *Tomo II. Theatri caerimonialis pag. 657. seq.* vbi, vasallos nobiles Hohenloicos iisdem ministeriis, quae alioquin in funeribus Principum a vasallis eorum nobilibus ex antiqua consuetudine praestanda sunt, defunctos esse, obseruabis. Confer etiam Illustrem AVCTOREM *des Berichts vom Adel in Teutschland, pag. 115. §. VI.* et *pag. 160.* praecipue autem responsa elaboratissima IVRISCONSVLTORVM VITEMBERGENSIVM, et HALLENSIVM, quibus Comitibus ius seruitia aulica a vasallis nobilibus exposcendi fortissimis rationibus vindicauerunt, et quae supra recensui in *nota: II. §. VIII.*

h) AVCTOR enim ANONYMVS *Historiae Leutoldi de Chuenring*, dynastae Austriaci, qui saeculo decimo tertio vixit, ab Illustri Domino de LVDEWIG in *Tomo IIII. Reliquiarum* productus, *pag. 139.* haec de illo memoriae prodidit: *Erant in comitatu eius triginta milites, qui currum vxoris suae, videlicet Agnetis de Velsperch, honestius ambiebant. Militum* denominatione hoc loco vasallos nobiles designari, nemo negabit, nisi qui ignorat, hanc vocis significationem in medii aeui monimentis saepe occurrere. Vide CAROLI du FRESNE *Glossarium ad scriptores mediae et infimae Latinitatis*, in voce: *miles.*

i) Id quod clarissimis argumentis ostenderunt viri illustri laude celebratissimi, IOANNES ADAMVS KOPPIVS in *Sect. I. de Insigni differentia inter S. Rom. Imperii Comites et nobiles immediatos §. III.* et *IIII. pag. 12. seq. §. VIII. pag. 26. seq. §. XIIII. pag. 62. seq. §. XXI. XXII. pag. 115. seq.* SAMVEL STRYKIVS in *cap. IIII. dissertationis de Iure Baronum pag. 64. seq.* et DIETERICVS HERMANNVS KEMMERICHIVS *Lib. IIII. Introductionis ad Ius publicum Imperii Romano-Germanici cap. XVII. §. VI. seq. pag. 873. seq.*

HALLENSIVM ORDO, anno CIↃIↃCCVII interrogatus, Barones eodem, quo Comites, iure ſeruitia aulica a vaſallis ſuis nobilibus etiamnum exigere poſſe, pronunciauit [k].

## §. X.

Obligatio ad ſeruitia aulica et honoraria feudis nobilibus ac militaribus quibuscumque ex vetuſtiſſima Germaniae conſuetudine, tamquam qualitas illorum naturalis, adeo adhaeſit, vt vaſallos nobiles omnes obſtringeret, cuiuscumque eſſent ordinis aut dignitatis. Ne ipſi quidem Principes illi ſe ſe olim ſubduxerunt, ſi in territoriis aliorum Principum eiusmodi feuda adquiſiuiſſent. Satis enim manifeſtum eſt ex mediorum ſaeculorum monumentis, illuſtriſſimos etiam vaſallos Principibus, quos dominos feudorum directos agnoſcebant, in ſollemnibus eorum aulicis miniſteria honoraria praeſtitiſſe [a], atque

k) Reſponſum exhibui ſupra in *nota: II. §. VIII.*

a) GEORGIVS SPALATINVS in *Vitis aliquot Electorum et Ducum Saxoniae*, apud IO. BVRCHARDVM MENCKENIVM in *Tomo II. Scriptorum rerum Germanicarum, praecipue Saxonicarum, pag. 1106.* de nuptiis Ioannis, Saxoniae Ducis et poſtea Electoris, cum Principe Mecklenburgica, Sophia, Torgauiae anno CIↃ IↃ. ſplendidiſſimo apparatu celebratis: *Rebus ita ordinatis, iidem Principes* (Fridericus III. Elector Saxoniae, et frater eius, Ioannes Dux, ſponſus) *praeter conſanguineos et neceſſarios ſuos, fratres, patruos, auunculos, affines aliosque exteros Principes, ad nuptias vocatos, etiam vaſallos Saxoniae, Thuringiae, Miſniae, Franconiae et Voigtlandiae, Principes, Praelatos, Abbates et Praepoſitos, canonicorum collegia, Comites, Dynaſtas, Barones et Nobiles euocarunt, vt ex officio et ordine ſponſo Principi ſua quisque miniſteria praeſtarent. Inter quos (omitto domeſticam et quotidianam aulicorum turbam) ſequentes Epiſcopi, Abbates, Praelati, Comites, Dynaſtae, Barones ac Nobiles fuere: Epiſcopi Martisburgenſis et Miſnenſis; Abbates et Praelati: Salfeldenſis, S. Petri Erfurtenſis, Abbates Fontis Reinhardi, Burgelenſis, Buchenſis, Vallis S. Georgii*, et reliqui. ANTONIVS WECKIVS in *Parte IIII. Chronici Dreſdenſis Tit. IIII. pag. 385. In dem 1553. Iahre kam Churfürſt Moritzens zu Sachſen Herr Schwaeher-Vater, Landgraf Philipp zu Heſſen, welchen Kayſer Carl*

que eosdem in itineribus sollemnibus honoris et magnificentiae caussa comitatos esse [b]. Neque Comites et Barones Imperii immediati, de feudis prouincialibus a Principibus inue-

H 3 stiti,

*Carl der V. ledig gelassen, nacher Dreßden, besuchte Ihre Churfürstliche Gnaden vnd Dero Frau Gemahlin, als Frau Tochter; indem nun auch der Churfürst zu gleicher Zeit aus dem gefaehrlichen Vngarischen Kriegs-Zuge wieder anhero gelangeten, stelleten Ihre Churfürstliche Gnaden eine Fürstliche Freude vnd herrliches Fastnacht an, vnd beschrieben darzu etliche Fürsten, Grafen vnd Ritterschafft.* Confer ANONYMI *Chronicon terrae Misnensis* in MENCKENII *citato Tomo II. pag. 372.* IOANNIS NOHII *Chronicon Hassiacum cap. LVIII.* in SENCKENBERGII *Tomo V. Selectorum iuris et historiarum pag. 465.* et Illustris Domini de LVDEWIG *dissertationem de Formula ducatus Brandenburgici §. VIII. nota: d. pag. 75.* vbi exempla Principum notabilia inuenies, qui, cum aliis Principibus vinculo feudali obstricti essent, ministeriis honorariis in sollemnitatibus eorum aulicis defungi non dubitauerunt.

b) Memorabilis est locus ARNOLDI Lubecensis, *Lib. III. Chronici Slauorum cap. VIIII.* in LEIBNITII *Tomo II. Scriptorum rerum Brunsuicensium pag. 661. num. 5.* et *seq.* vbi historiam controuersiae de praecedendi iure et dignitate recenset, quam in curia Friderici I. Imperatoris sollemni, Moguntiae anno CIↃ C LXXXII. diebus festis Spiritui Sancto sacris celebrata, Archiepiscopo Coloniensi mouit Abbas Fuldensis. Ex eo verba, quae ad nostrum argumentum proxime spectant, huc transferenda sunt: *Et dixit Imperator Archiepiscopo: audistis, quid dixerit Abbas. Secundum petitionem ipsius rogamus, vt hodie iucunditatem nostram non turbetis, et locum, quem sui iuris esse affirmat, ei non negetis. Ad haec verba surgens Archiepiscopus dixit: Domine, vt Serenitati Vestrae placet, fiat. Dominus Abbas locum, quem desiderat, teneat, ego autem salua gratia Vestra ad hospitium meum vadam. Cumque iam abire pararet, surrexit de latere Imperatoris frater eius, Palatinus de Rheno, et dixit: Domine, homo* (vasallus) *sum Coloniensis, iustum est, vt eum sequar quocumque ierit. Deinde surgens Comes de Assowe* (Nassowe) *dixit: et ego in gratiam vestram* (hoc est, cum gratia Vestra) *sequar Dominum meum, Archiepiscopum. Similiter et Dux Brabantiae et alii multi viri potentes dixerunt. Respondens autem Ludonicus, Comes prouincialis,* (Landgrauius Thuringiae,) *qui fuit homo* (vasallus) *Abbatis* (Fuldensis) *dixit Comiti de Assowe* (Nassowe:) *bene hodie beneficium* (feudum) *vestrum meruistis. Cui ille: et merui, et merebor, si hodie necessitas exegerit:* Vnde satis eminet, ipsos Germaniae Principes Potentissimos obligationem vasallorum quorumcumque ad honorem dominorum tuendum, eosque honoris caussa comitandos, agnouisse. Lege

etiam

ftiti, feruitia aulica et honoraria illis vmquam denegauerunt [c]. Multo minus ea recufarunt nobiles Imperii immediati,

etiam HERMANNI VLRICI von LINGEN *Partem I. derer Kleinen Teutfchen Schrifften pag. 225. feq.* et LÜNIGII *Tom. I. Corporis iuris feudalis Germanici pag. 712.* atque *Tom. II. pag. 1062. feq.* vbi in litteris inueftiturae, quas Fridericus Wilhelmus Magnus, Elector Brandenburgicus, Erneſto Bogislao, Duci Croienfi et Arfchottenfi, S. Rom. Imperii Principi, de dynaftiis Pomeranicis, Neugarten et Maffaw anno CIↃ IↃC LXV. fcripfit, notanda in primis funt verba: *Dargegen follen Seine Liebden, der Herr Hertzog zu Croy, vnd dero Maennliche eheliche Leibes-Lebens-Erben, diefe Graf-vnd Herrfchafften von Vns vnd Vnfern Erben vnd Succefforn von Faellen zu Faellen zu Lehen zu empfahen, vnd dauon in Ehren-vnd Noethen, dem Anfchlag nach, vnd wie vorgemeldte Grafen* (von Eberftein) *gethan, die gebührende Roß-Dienfte zu leiften fchuldig feyn.* His iunge eos, quos fupra de Expeditionibus Principum cruciatis adlegaui in *nota: p. §. VI.*

c) IO. SEBASTIANVS MÜLLERVS in *Annalibus Saxonicis*, ad annum CIↃ IↃC LVI. *pag. 408. Den 16. Iunii hat Hertzog Wilhelm zu Sachfen-Weimar, die drey Gebrüdere, Grafen zu Schwartzburg, Arnftaedtifcher Linie, Chriftian Günthern, Anton Günthern vnd Ludwig Günthern, zur vntertbaenigften Aufwartung bey dem beuorftehenden Beylager zwifchen Dero eintzigen Tochter, Dorotheen Marien, vnd Hertzog Moritzen zu Sachfen-Naumburg, dergeftalt befchrieben, daß iedweder den 30. diefes mit 12. Pferden fich zu Weimar einfinden folle. - Graf Iohann Friedrich zu Hohenlohe, ift ebenfalls mit 12. Pferden zu diefen Fürftlichen Beylager erfordert worden.* IDEM ad annum CIↃ IↃ LV. *pag. 127. Montags nach aller Heiligen ift Hertzogs Iohann Friedrichs des Mittlern zu Sachfen, erftere Gemahlin, Agnes, an einen hitzigen Fieber Todes verfahren. - Mittwochs ift diefe verftorbene Fürftin zu obbefagten Weimar in der Stadt-Kirchen vor Mittags zwifchen 9. vnd 10. Vhr begraben worden. Die Fürftliche Leiche haben getragen: Graf Hanß Günther zu Schwartzburg, Ludwig, Carl, Georg vnd Hector, Gebrüdere vnd Vettern, Grafen zu Gleichen, Graf Philips zu Schwartzburg, der Herr Reuß vnd der Herr von Polheim.* IDEM ad annum CIↃ IↃC LXXXIII. *pag. 547. Den 4. Iunii ift Graf Anton Günther zu Arnftatt zur vntertbaenigften Aufwartung bey dem auf den 8. Iulii angeftellten Fürftlichen Leichen-Begaengniß, weiland Hertzog Iohann Ernfts zu Sachfen-Weimar befchrieben worden.* LÜNIGIVS in *Tomo II. Theatri caerimonialis pag. 412.* de nuptiis Caroli, Principis heredis electoratus Palatini, et Wilhelminae Erneftinae, Regiae Daniae Principis, Heidelbergae anno CIↃ IↃC LXXII. Regia magnificentia celebratis: *Inmittelft haben fich den 17. vnd 18. Septembris die von Ihro Churfürftl. Durchlauchtigkeit zur Aufwartung befchrie-*

ti, nexu feudali Principibus aut Comitibus deuincti [d]. Comitum vero, Baronum et nobilium mediatorum, qui feuda in territoriis Principum et Procerum Germaniae poſſident, atque ea de cauſſa a iureconſultis noſtratibus landſaſſii appellantur, ad

*beſchriebene Graeflich-Freyherrlich vnd Adeliche Leben-Leute eingefunden, ſo wohl Ihro Churfürſtl. Durchl. vnd Dero Chur-Erbens Durchl. bey dem Aus-vnd Einzug aufzuwarten, als auch die fremde ankommende Herren vnd Gaeſte aufs beſte bedienen zu belſſen;* et *pag. 422.* de conuiuio nuptiali; *Der Koeniglichen Printzeſſin Hobeit vnd Churfürſtl. Printzeſſin Durchl. baben das Hand-Becken Herr Graf von Erpach vnd Herr Graf von Caſtel, das Gieſſ-Faſs aber Herr Graf von Sintzendorff vnd Herr Graf Carl Ludwig zu Yſenburg vnd Budingen gehalten; die Hand-Zwebl hat der Chur-Pfaeltziſche Ober-Marſchall, Herr Graf zu Sayn vnd Witgenſtein mit Herrn Grafen zu Solms praeſentiret. Des Chur-Printzen, Herrn Biſchoffen zu Oſnabrück Fürſtl. Durchl. Durchl. auch des Pfaltz-Grafen Churfürſt. Durchl. baben das Waſſer Herr Graf von Loewenſtein, Herr Graf von Leiningen vnd Herr Philipp Albrecht, Herr zu Limpurg gegeben. Der Koeniglichen Printzeſſin Hobeit hat zu trincken gebracht Herr Graf zu Loewenſtein; des Chur-Printzens Fürſtl. Durchl. Herr Graf zu Hanau; des Biſchoffs zu Oſnabrück Fürſtl. Durchl. Herr Graf von Caſtel; vor des Pfaltz-Grafen Churfürſtl. Durchl. Herr Graf von Erpach, als Chur-Pfaeltziſcher Erb-Schenck; vor die Churfürſtl. Printzeſſin Durchl. Herr Philipp Albrecht, Herr zu Limpurg. Die beyde Vorſchneider an der Tafel ſeynd geweſen Herr Carl Ludwig, Graf zu Sayn vnd Witgenſtein vnd Herr Vollrad, Herr zu Limpurg.* Comites et Barones Imperii immediatos, qui hic nominantur, vaſallos Electoris Palatini eſſe, docet LÜNIGIUS in *Tomo II. Corporis iuris feudalis Germanici pag. 1259.* IDEM in *Tomo II. Theatri caerimonialis pag. 628.* de pompa funebri ſplendidiſſima Friderici Wilhelmi Magni, Electoris Brandenburgici, anno CIↃ IↃC LXXXVIII. haec commemorat: *Die vier Zipffel vom Leichen-Tuch des Sarges trugen Reichs-Grafen, ſo Churfürſtliche Vaſallen: der Graf von Mansfeld, der Graf von Witgenſtein, zu Hobenſtein, der Graf von Stolberg, der Graf von Witgenſtein der iüngere.* Confer eiusdem LÜNIGII *Tom. II. Corporis iuris feudalis Germanici pag. 743.* et *ſeq.* AVCTOREM *Electorum iuris publici Tom. V. pag. 418.* atque eos, quos ſupra teſtes produxi in *nota: d. §. V.* et in *notis: o. p. §. VI.*

d) Legas, velim, caerimonias nuptiarum Caroli, Principis heredis Palatini, anno CIↃ IↃC LXXII. et exſequiarum ſollemnium Mariae Amaliae, Landgrauiae Haſſiae Caſſellanae, anno CIↃ IↃCC XI. atque Ioannis Friderici, Comitis Hohenloici, anno CIↃ IↃCC II. celebratarum, deſcriptas in LÜ-NIGII

ad seruitia aulica illis praestanda obligationem adeo in luce et aprico ponunt probationes supra adductae [e], vt non opus sit, eam hoc loco speciatim demonstrare. Neque tamen silentio praetereundum est, Comitum, Baronum, reliquorumque vasallorum nobilium vxores ac filias, ex antiqua Germaniae consuetudine, ad seruitia aulica dominis feudorum illustribus, eorumque coniugibus non minus obligatas esse, ideoque ad sollemnitates illorum aulicas, vna cum maritis et parentibus euocari [f]. Denique cum hodie in variis Germaniae pro-

NIGII *Tomo II. Theatri caerimonialis pag. 413. 416. num. 58. 59. 419. 420. 698. 699. 658.* et *seq.* vbi, nobiles Imperii immediatos, qui illorum vasalli erant, ad ista sollemnia vocatos, comparuisse atque iisdem, quibus vasalli nobiles mediati, ministeriis functos esse, obseruabis. Testem etiam laudo Illustrem AVCTOREM *des Berichts von Adel in Teutschland*, qui *pag. 115. §. VI.* haec adnotauit: *Es ist Reichskündig, daß die alte Graefliche Haeuser biß diese Stunde ansehnliche Lehn-Hoefe haben, vnd viele auch die aelteste immediat-Ritterschafftliche Familien nicht geringe, sondern wichtige Lehen an Schloessern, Staedten, Doerffern, Hoefen vnd Gütbern von ihnen empfangen, vnd zwahr mehrentheils darum, daß sie dauor bey Hofe, vnd denen hiebeuor im Reiche so gewoehnlich gewesenen Fehden, denen Grafen mit ihren Leibe dienen sollten;* et *pag. 160. Wie denn auch von denen Grafen noch heute geschiehet, daß sie bey Solennitaeten ihre auch ohnmittelbahre Ritterschafftliche Lehn-Leute erfordern vnd nacher Hofe beschreiben.*

e) In *notis §. V. VI.* et *VIII.*

f) Iam olim in regno Francorum vasallos nobiles vna cum vxoribus in curiis dominorum sollemnibus apparere debuisse, probauit CAROLVS du FRESNE in *dissertatione V. ad* IOINVILLAM, *de Curiis et festis sollemnibus Regum Francorum*, apud WILHELMVM FRIDERICVM de PISTORIVS in *Parte I. Amoenitatum historico-iuridicarum pag. 110.* Imperatricibus et Reginis Germanorum filias vasallorum nobilium immediatorum itidem ad seruitia in sollemnitatibus aulicis, ac praesertim in expeditione Romana, obstrictas fuisse, apparet ex diplomate CONRADI II. Imperatoris, in IO. HENRICI de FALCKENSTEIN *Codice diplomatico antiquitatum Nordgauiensium pag. 24.* vbi vasalli Ducis Alemanniae, Ernesti, Imperatori immediate subiiciendi, pro filiabus suis petunt: *ne vmquam cogantur in seruitium pedissequarum, excepta Italica expeditione.* Confer Domini de FALCKENSTEIN *notam k. ibidem.* Principum vero ac Procerum Germaniae ius, seruitia aulica a vasal-

prouinciis, contra prisca maiorum instituta viris etiam ignobilibus adquisitio et possessio feudorum equestrium indulgeatur g; neutiquam dubitandum est, quin nexus feudalis eos

I quo-

a vasallorum nobilium vxoribus et filiabus exigendi, plura medii pariter atque recentioris aeui monumenta commonstrant. GEORGIVS SPALATINVS in *Vitis aliquot Electorum et Ducum Saxoniae*, apud MENCKENIVM in *Tomo II. Scriptorum rerum Germanicarum, praecipue Saxonicarum, pag. 1106.* de nuptiis Ioannis, Ducis Saxoniae, et Sophiae, Principis Mecklenburgicae, Torgauiae anno CIↃ IↃ. celebratis: *Ex principum* (nempe Friderici III. Electoris, et Ioannis Ducis Saxoniae, sponsi, qui illius frater erat) *voluntate etiam sequentes nobiles feminas, Principes, Comitissas, Barones, nuptas et virgines, ad locum nuptiarum cum Amalia, Ducissa Saxoniae et Bauariae, Principum consobrina, accessisse accepimus: virginem ex prosapia dominorum de Weida, virginem de Wildenfels et alias multas: tum et duas Comitissas Schwartzburgenses, totidem Mansfeldenses, Comitissam Hohensteinensem; nobiles matronas Schoenburgensem, Graecensem, Mühlbergensem, atque alias viginti nouem nobiles matronas, earumque filias ac virgines.* IO. SEBASTIANVS MÜLLERVS in *Annalibus Saxonicis*, ad annum CIↃ IↃ XIII. *pag. 68.* de secundis nuptiis eiusdem Ioannis, Ducis Saxoniae et postea Electoris, quibus Margareta, Princeps Anhaltina, ipsi iuncta fuit: *An Fürstlichen vnd andern Personen seyn zugegen gewesen: 8. Fürstliche, 3. Bischoeffe, 9. Grafen, 8. Aebte vnd Praelaten, - 23. Graefliche vnd Adeliche Weibs-Personen, so beschrieben gewesen, vnd 79. von Adel.* IDEM ad annum CIↃ IↃ XXIIII. *pag. 77.* et *78. Den 6. Nou. ward Magdalena, Hertzog Georgens zu Sachsen vierte Tochter, an Marggraf Ioachim II. zu Brandenburg, nachgehends Churfürsten, mit grossen Solennitaeten, vnd in Gegenwart vieler Chur-vnd Fürstlicher, auch Graef-vnd Herrlicher Personen in der Creutz-Kirchen zu Dreßden vermaeblet. Gestalt denn bey diesen Solennien gewesen: - 19. Graefliche vnd 11. Herren-Standes-Personen, item viel Ritter vnd von Adel, vnd 119. beschriebene Dames von Lande.* IDEM ad annum CIↃ IↃ C LV. de exsequiis sollemnibus Bernhardi Magni, Ducis Saxoniae Vinariensis, *pag. 406. num. 58. Das Adeliche Frauenzimmer auffm Lande vnd in der Stadt, wie auch der Cantzler vnd Raethe Weiber.* Confer etiam ANTONII WECKII *Part. IIII. Chronici Dresdensis Tit. III. pag. 340. 343. 374. 375.* et *Tit. V. pag. 427.* LÜNIGII *Tom. II. Theatri caerimonialis pag. 386. num. 9. pag. 394. 397. 415. num. 72. 74. pag. 420. num. 17. pag. 574. num. 23. 24.* et *pag. 615. num. 24. 25.*

g) Id quod satis manifestum est ex argumentis, quae in medium protuli in *Tomo I. commentariorum meorum de Iuribus et praerogatiuis nobilitatis auitae, cap. V. §. V. pag. 411.* et *seq.*

quoque ad feruitia aulica dominis feudorum illuftribus adftringat. At enim vero Principes et Proceres Imperii noftri illos non facile ad follemnia aulae adhibent, nifi aut toga aut fago, aut vtrimque fint illuftriffimi meritisque dignitatibus militiae eminentioribus confpicui [h]: neque alioquin vafalli nobili genere nati ad confortium fuum iftos admittunt [i].

§. XI.

h) Quemadmodum Principes et Proceres Germaniae, inde ab antiquiffimis temporibus, praecipuum aulae decus et ornamentum a militari apparatu petendum cenfuerunt; ( vide §. *VII. huius commentationis*, ibique *notam: c.*) ita recentiori aeuo, pofteaquam vfus militiae mercenariae in Germaniam inductus fuit, vna cum vafallis nobilibus, milites conductos, praecipue autem fupremos eorum praefectos, etiamfi ex nobili profapia nati non effent, neque feuda nobilia poffiderent, in aulam vocauerunt, quoties follemnitas quaedam maiori fplendore adornanda effet; atque his eadem, quae vafallis nobilibus, minifteria adfignauerunt. Perluftra defcriptiones follemnitatum aulicarum in ANTONII WECKII *Parte IIII. Chronici Dresdenfis Tit. III. pag. 369. 380. feq. Tit. IIII. pag. 389. Tit. V. pag. 423.* IO. SEBASTIANI MÜLLERI *Annalibus Saxonicis pag. 330. feq. 400. feq. 538. feq. 604. feq.* IO. CHRISTIANI LÜNIGII *Tomo I. Theatri caerimonialis pag. 260. feq.* et *Tomo II. pag. 396. feq. 403. feq. 411. feq. 464. num. 30. 466. feq. 484. feq. 497. feq. 562. feq. 568. feq. 611. feq. 619. feq. 639. feq. 673. feq. 681. feq. 684. feq. 696. feq. 707. feq.* et *1540. feq.* Expende etiam obferuationem Clariffimi SENCKENBERGII in *Primis lineis iuris feudalis* §. *CXXXVIIII. pag. 155.* et §. *CCCLXII. pag. 423.* et *feq.*

i) Ita nobilitas Pomeraniae vlterioris a Friderico Wilhelmo Magno, Electore Brandenburgico, Duce ac Domino fuo, inter grauamina, quae in comitiis prouincialibus anno CIↃ IↃ C LIIII. ei propofuit, apud LÜNIGIVM in *Parte II. Collectionis von der Landfaeffigen Ritterfchafft in Teutfchland pag. 225. num. 4.* efflagitauit: *Weil viel Bürger-Standes Perfonen fich vnterwinden, durch allerhand Finden vnd Anfchlaege, groffe vnd anfehnliche Adeliche Guther vnd Lehne an fich zu bringen, vnd den alten Adel zu verdrengen, auch mit der Zeit vor Edelleute wohl gehalten feyn wollen; daß folche in Mufterungen vnd Heer-Zügen, qua tales, wie auch in Curia Domini nicht zu dulten, auch wenn die rechte Lehns-Folger, vnd in Mangel derfelben andere von der Ritterfchafft den Werth vermoege Aeftimation, nach Abgang der Roß-Dienfte wiederum erlegen, diefelbe abzutreten angehalten werden moegen.* Illuftris Fridericianae Cancellarius, IOANNES PETRVS de LVDEWIG in *Tomo I. de Iuribus feudorum*

## §. XI.

Cum vero ex ipſa feudorum Germanicorum natura vaſalli nobiles omnes, cuiuscumque ſint ordinis et dignitatis, ad ſeruitia aulica dominis feudorum illuſtribus obligentur [a]; nemo illorum exemtionem ab hoc vinculo ſibi vindicare poterit, niſi qui immunitatem a ſeruitiis aulicis ex lege, priuilegio, conſuetudine, pacto, aut praeſcriptione legitima impetrauit [b]. Nimirum plane dubitandum non eſt, quin Principes et Proceres Germaniae iuri ſuo renunciare atque ſeruitia aulica vaſallis ſuis nobilibus, aut omnibus, aut nonnullis ex eorum ordine, non tantum expreſſe, verum etiam tacite remittere poſſint, ſalua nihilo ſecius feudorum ſubſtantia. Neque deſunt exempla vaſallorum nobilium, ab obligatione ad ſeruitia aulica vno alteroue modo liberatorum. IVS FEVDALE SAXONICVM et ALEMANNICVM vaſallos caſtrenſes



*dorum Romani Imperii, atque Germaniae Principis et prouincialium nobilium pag. 370. Interim*, ait, *etiam hoc eſt ſingulare, quod praecipuis quibusdam ciuitatibus illud codicillis Auguſtalibus fuerit indultum, inſtar inſignis priuilegii: vt burgenſes earumdem feuda nobilia adquirere poſſint, inſtar nobilium, ſeu equeſtris ordinis prouincialis, wie der Adel im Lande;* et in *nota: 598. pag. 371. Parum tamen Burgenſibus hanc indulgentiam Auguſtalem profuiſſe, illud quidem inde conſtat, quod hodieque nobiles vaſalli Miſniae et Thuringiae poſſeſſores feudorum nobilium burgenſes recuſent admittere ad prouincialia comitia ſuffragiaque; multo minus agnoſcere commilitones in expeditionibus ſiue ad pompam, ſiue ad militarem apparatum.* IDEM *pag. 348. §. XIIII. Licet nobili feudo inauguretur plebeius poſſeſſor, nobilitas tamen prouincialis eius conſortia declinat, tam in comitiis, quam in equeſtrium ſeruitiorum ſocietate, praeſtandorum pace belloque, in Schimpf vnd Ernſt. Qua in re tantam ordinum peruicaciam vidi, etiamſi iuſſerit illos admittere Princeps ſaepius iterumque, mandato quoque poenali ſerio.* His iunge, ſi placet, *Tomum I. commentariorum meorum de Iuribus et praerogatiuis nobilitatis auitae cap. V. §. V.* ibique *notam z. pag. 418. ſeq.*

a) Quemadmodum §. proxime antecedens commonſtrauit.

b) His modis immunitatem a ſeruitiis feudalibus, aulicis pariter, ac militaribus, adquiri, ex inſtituto docuit iurisconſultus etiam poſt fata illuſtris, SAMVEL STRYKIVS in *cap. II.* et *III. diſſertationis de Immunitate a ſeruitiis feudalibus.*

ses, quibus feuda olim in perpetuis Germaniae turbis hac conditione frequentissime concedebantur, vt certa dominorum castra custodirent et defenderent, a seruitiis aliis quibuscumque, et aulicis et militaribus, immunes pronunciat [c]. Vasalli nobiles Franconiae immunitatem a seruitiis aulicis ex consuetudine sibi adrogant [d]. Feudorum ex pacto ab eiusmodi onere liberorum exempla praebent feuda franca, vasallis nobilibus hac lege a dominis data, vt ab omnibus omnino seruitiis feudalibus sint immunia [e]. In nonnullis Germaniae prouinciis nobiles

c) IVS FEVDALE SAXONICVM *cap. LXXV.* in Domini SENCKENBERGII *Corpore iuris feudalis Germanici pag. 212. Von burglenen ist der man nicht phlichtic sime herren zu dienende, weder hoffvart, noch herevart. Den vf der bürg sal her wohnen, vnd sal sie weren, ob sie ez bedarf.* IVS FEVDALE ALEMANNICVM *cap. CXXXVIIII. §. II. ibidem pag. 110. Von purgleben sol der man nicht hervart varen, noch chain ander dienst tun. Er sol auf der purg wonen, vnd sol sie behütten, vnd sol sy weren, ob sie des bedarff.* Confer IOANNIS SCHILTERI *Commentarium in Ius feudale Alemannicum pag. 448.* IOANNIS, Bohemiae Regis diploma de anno CIↃ CCC XVIIII. in NICOLAI SIGISMVNDI A REDERN *Parte I. Lusatiae superioris diplomaticae pag. 5.* et IO. FRIDERICI SCHANNAT *Partem I. Clientelae Fuldensis cap. III. §. II. pag. 43.*

d) Inter consuetudines Franconiae feudales, quas AVCTOR *der Staats-Cantzley* in *Tomo IIII. pag. 413.* et LÜNIGIVS in *Tomo III. Corporis iuris feudalis Germanici pag. 145.* recensent, *num. I.* haec commemoratur: *Da ein Leben-Herr ohne sein Verursachen in seinem Lande überzogen würde, ist der Leben-Mann, so er einer von Adel, dem Leben-Herrn zu desselben Defension auf sein Begehr, aufs Leben-Herrns Vnkosten, Futter vnd Mahl, Nagel vnd Eisen, mit einem reisigen Knecht vnd Pferd, zu dienen vnd sein Leben also zu vertreten schuldig; ist er Graf oder Herr, etwann mit zwey oder drey Pferden vnd Knechten: wollte aber ein Herr vnnoetbige Haendel oder Krieg, anders dann zu Rettung seiner Land vnd Leut, vornehmen; ist der Leben-Mann nicht schuldig, ihme Pferd vnd Knecht zu schicken, wie er auch sonsten weder auf Tagen, oder andern Reisen dem Leben-Herrn von Lebens-wegen zu dienen, vnd zu erscheinen verbunden.* Sed, vt verum fatear, valde dubito atque anceps haereo, vtrum haec consuetudo, ad quam prouocant, certa sit ac manifesta, an vero dubia et legitimis probationibus adhuc commonstranda.

e) Sibi quidem vir doctissimus et nunc desideratissimus, BVRCHARDVS GOTTHELFF STRVVIVS in *Iurisprudentiae feudalis cap. XVI. §. XV. pag. 400.* persua-

biles vaſalli ſingularibus pactionibus ſibi cauerunt, ne domini ſeruitia in ſollemnitatibus aulae quibuscumque exigerent



perſuaſit, obligationem ad ſeruitia aulica qualitatibus feudorum ſubſtantialibus, ſiue vt alii loquuntur, eſſentialibus, in Germania ſcilicet, accenſendam eſſe, atque adeo feudorum etiam francorum poſſeſſores tangere; eamdemque opinionem amplexus eſt vir clari itidem nominis, IOANNES LAVRENTIVS FLEISCHERVS in *Inſtitutionibus iuris feudalis, cap. XV. §. XX. pag. 667.* Sed variae et maioris momenti rationes obſtant, quo minus illam noſtro quoque applauſu proſequamur. Primo enim interpretes iuris feudalis plerique agnoſcunt et docent, obligationem ad ſeruitia feudalia quaecumque, aulica pariter ac militaria, non ad ſubſtantialia, ſiue eſſentialia feudorum, ſed naturalia tantum referendam eſſe, ideoque dominos eam vaſallis remittere poſſe, ſalua nihilo minus feudorum ſubſtantia. Vide LVDOLPHI SCHRADERI *Part. II. Tractatus feudalis cap. II. num. 32. 33. pag. 17.* et *Part. VI. cap. VI. num. 3. pag. 114.* HENRICI a ROSENTHAL *cap. II. Tractatus et ſynopſis totius iuris feudalis concluſ. LVIIII. num. 4. pag. 74. cap. VII. concluſ. XXXIII. num. 15. pag. 468.* et *cap. VIII. concl. IIII. num. 5. ſeq. pag. 565.* ANDREAE KOHLII *Part. I. de Seruitiis feudalibus num. 6. pag. 12.* et *Part. IIII. num. 90. pag. 171.* GEORGII ADAMI STRVVII *cap. II. Syntagmatis iuris feudalis §. VII.* et *VIII. pag. 65. 66. cap. XI. §. IIII. not. I. pag. 407.* SAM. STRYKII *cap. II. diſſertationis de Immunitate a ſeruitiis feudalibus §. XVI. num. 4. pag. 48.* et *cap. III. §. II. num. 3. pag. 53.* CASPARIS HENRICI HORNII *cap. XVIII. Iurisprudentiae feudalis §. V. pag. 460. 461.* EIVSDEM *diſſertationem de Feudo franco §. XI. ibidem pag. 564.* IOANNIS CAROLI NAEVII *Lehn-Recht cap. II. §. XI. pag. 56. cap. IIII. §. I. pag. 78. 81.* et *cap. XIII. §. V. pag. 436.* atque Perilluſtris Domini IOANNIS BALTHASARIS Liberi Baronis de WERNHER *Part. I. Obſeruationum forenſium, obſeruat. LXXVII. pag. 94. 95.* Deinde ex communi iureconſultorum noſtratium, immo vero ipſius STRVVII iunioris et FLEISCHERI ſententia, ea feuda ſola franca appellanda ſunt, quae ab omni ſeruitiorum onere libera ſunt atque immunia. Lege SCHRADERI *Part. II. Tractatus feudalis cap. IIII. num. 6. pag. 31.* ROSENTHALII *cap. II. Tractatus et ſynopſis iuris feudalis concluſ. LVIIII. num. 1. ſeq. pag. 74.* IOANNIS WVRMSERI *Tractatum de Feudis impropriis, claſſ. III. ſect. VIIII. pag. 286.* STRVVII ſenioris *cap. IIII. Syntagmatis iuris feudalis §. VIIII. pag. 124.* STRYKII *cap. II. diſſertationis de Immunitate a ſeruitiis feudalibus §. XVI. pag. 48.* HORNII *diſſertationem de Feudo franco*, quam *Iurisprudentiae feudali* inſeruit, *§. VIIII. XIII. XVI. pag. 563. 565. 566.* LÜNIGII *Tom. III. Corporis iuris feudalis Germanici pag. 641.* STRVVII iunioris *cap. V. Iurisprudentiae feudalis §. VII. pag. 111.* et *§. VIII. pag. 112.* vbi: *Deinde*, ait, *nec feuda franca ſtatim erunt, quorum ratione vaſalli a quibusdam ſeruitiis ſunt immunes, certa tamen*

rent [f]. Praescriptio autem tum demum illos vinculo obligationis ad seruitia aulica exsoluit, cum ea a domino indicta bona fide, id est, hac opinione, quod ad eiusmodi seruitia obstricti non sint, denegauerunt, et dominus nihilo secius adquieuit, atque vasallos in quieta immunitatis possessione per trigin-

*tamen adhuc praestanda, cum ista plenam requirant immunitatem;* idemque adfirmat FLEISCHERVS in *cap. V. Institutionum iuris feudalis §. XXIIII. pag. 162.* Litterae etiam inuestiturae, quas Domini de feudis francis vasallis scribunt, hac formula vti solent: *mit Befreyung aller Dienste.* Vide HORNII *dissertationem* modo citatam *§. XV. pag. 566.* LÜNIGII *Tom. II. Corporis iuris feudalis Germanici, pag. 1702. num. 4. 5.* et *Tom. III. pag. 662. num. 7.* STRVVII iunioris appendicem *Iurisprudentiae feudalis pag. 641. seq.* Quodsi vero in illis immunitas a seruitiis tantum militaribus concedatur, tum quidem facile largior, vasallos nihilo secius ad aulica obstrictos esse; siquidem concessio immunitatis cuiuscumque stricte interpretanda, neque in dubio suspicandum est, dominum iuri seruitia aulica a vasallis exposcendi, quod magni itidem momenti est, renunciare voluisse: at vix tamen inducor, ut credam, eiusmodi feuda, recte franca nuncupari. Confer NAEVII *Lehn-Recht cap. IIII. §. I. pag. 80.*

f) In tabulis pacti, quod HENRICVS et CAROLVS, Duces Silesiae Münsterbergenses et Olsnenses anno CIϽ IϽ LXXV. cum ordinibus prouincialibus principatus Olsnensis inierunt, et Maximilanus I. Imperator confirmauit, apud IOANNEM IACOBVM Equitem de WEINGARTEN in *Codice Ferdinandeo-Leopoldino-Iosephino-Carolino, pro regno Bohemiae et incorporatis prouinciis, pag. 70. 71.* ita inter illos conuenit: *Zum vierten so sollen Ihre Fürstl. Gnaden der von der Ritterschafft mit Diensten zum Aufwarten verschonen, es sey denn, daß Ihre Fürstl. Gnaden erleuchte Personen, oder ansehnliche Gesandschafften zukommen.* Veri mihi videtur simillimum, singulari etiam conuentione sibi prospexisse vasallos nobiles Schwidnicenses et Iauranienses, de quibus SAMVEL STRYKIVS in *Sect. II. dissertationis de Feudis ducatuum Silesiae, Schwidnicensis et Iauraniensis, cap. V. §. III. pag. 75.* refert: *Seruitia pagana certa ab illis non requiri, nisi forte huc referre quis velit, quod accedenti Bohemiae Regi obuiam procedere et apparatu splendido eum excipere soleant.* De vasallis Pomeraniae DAVID MEVIVS in *Consilio XXXXIIII. de natura et indole feudorum Pomeraniae num. 66. pag. 552.* quod LÜNIGIVS etiam *Tomo II. Corporis iuris feudalis Germanici* innexuit, *pag. 1496.* haec adnotauit: *Ob wohl der Pommerische Adel ihre Güther zu Lehn gemacht, vnd der hohen Landes-Obrigkeit aufgetragen, so haben sie doch diß dabey außgenommen vnd*

triginta annos reliquit g. Neque igitur ad inducendam eiusmodi praescriptionem et vasallos liberandos sufficit, dominum intra longissimum temporis spatium, et forte centum pluresue annos, seruitia aulica a vasallis suis non exegisse; siquidem nemo ius suum solo non vsu, vt cum iureconsultis loquar, amittit, atque ei tacite renunciare creditur; quin potius vasalli ad seruitia feudalia, quae ex lege aut consuetudine illis incumbunt, semper obligati et parati censentur, vsque dum ab eo vinculo modo legitimo eximantur h. Multo minus immunitatem a seruitiis aulicis ea de caussa sibi vindicare possunt, quod nulla eorum iii

*vnd reseruiret, daß bey denen Lehnen dieselbe durch die Dienste vnd Aufwartung nicht zu sehr beschwehret würden.* Huc quoque spectat EDZARDI, Comitis Frisiae orientalis, rescriptum, in LÜNIGII *Parte II. Collectionis von der Landsaessigen Ritterschafft in Teutschland, pag. 1081. §. II.* et *pag. 1086.* sub finem, vbi anno CIↃ IↃ LXXXVII. vasallis suis nobilibus, de onere seruitiorum, et militarium et aulicorum, conquerentibus, promisit: *Daß er sie mit Diensten nicht zu viel oder hoch beladen wolle.*

g) Lege, quaeso, SAMVELIS STRYKII *cap. III. dissertationis de Immunitate a seruitiis feudalibus §. XII. seq. pag. 65.* et *seq.* vbi ea, quae ad praescribendam immunitatem a seruitiis feudalibus quibuscumque requiruntur, argumentis et rationibus, ex legibus, quibus in foris Germaniae vtimur, solidissime explanauit. Ei iunge SCHRADERI *Part. VI. Tractatus Feudalis cap. VI. num. 62. pag. 123.* ROSENTHALII *cap. VI. Tractatus & Synopsis totius iuris feudalis conclus. LXXXII pag. 331. seq.* GEORGII ADAMI STRVVII *cap. XV. Syntagmatis iuris feudalis §. III. not. 5. pag. 557.* HORNII *cap. XI. Iurisprudentiae feudalis §. VIIII. pag. 292.* EIVSDEM *dissertationem de Feudo Franco §. XXIIII. pag. 571. 572.* MARCI RHODII *cap. VI. dissertationis de Seruitiis feudalibus vasallorum Pomeraniae orientalis §. XXXXI. pag. 49.* NAEVII *cap. XIII. des Lehn-Rechts §. XII. seq. pag. 454. seq.* et Perillustris Domini de WERNHER *Part. I. Obseruationum forensium, obseruat. LXXVI. LXXVII. pag. 94.* et *seq.*

h) Confer STRYKIVM, SCHRADERVM, ROSENTHALIVM, STRVVIVM, HORNIVM, RHODIVM et NAEVIVM *locis* in *nota*, quae praecedit, *citatis.* Adde sententiam IVRECONSVLTORVM VITEMBERGENSIVM in HORNII *Classe VI. Consultationum, responsorum ac sententiarum num. 9. pag. 336.*

in inuestitura facta fuerit mentio [i]. Obligatio enim ad ista seruitia ex consuetudine Germaniae vniuersali feudis equestribus tamquam qualitas naturalis adhaesit [k], ideoque vasalli nobiles

i) In paucissimis inuestiturae litteris expressa seruitiorum aulicorum mentio occurrit. Exempla adlegaui supra in *nota: d. §. VIII.* At in plerisque tamen obligatio vasallorum ad seruitia feudalia his formulis exprimitur: *Getreu, hold, vnd gewaertig zu seyn; die Leben getreulich zu verdienen, vnd alles das zu thun, was ein Leben-Mann seinen Leben-Herrn von Recht vnd Gewohnheit zu thun schuldig ist;* eaedemque sacramentis vasallorum inseruntur. Vide LÜNIGII *Tom. I. Corporis iuris feudalis Germanici pag. 1554. 1555. 1640. 1645. 1710. 1725. 1901. 1902. 1926. Tom. II. pag. 142. 148. 184. 580. 755. 756. 789. 790. 921. 922. 1063. 1064. 1200. 1202. 1300. 1382. 1443. 1444. 1577. 1578. 1714. 1782. 1783. 1863. 1879.* et *Tom. III. pag. 68. 69. 80. 86. 88. 94. 212. 607. 610. 623. 801. 1700.* Atqui illae non ad seruitia militaria tantum, sed ad aulica etiam spectant. Recte Illustris Fridericianae Cancellarius, IO. PETRVS de LVDEWIG animaduertit, vocem: *gewaertig*, ad seruitia vasallorum nobilium aulica potissimum respicere, quemadmodum ex responso in *Tomo I. Consiliorum Hallensium Lib. III. pag. 668.* quod supra in *nota: II. §. VIII.* recensui, apparet. Nimirum illa descendit a verbo: *warten*, atque indicat, vasallos mandata domini exspectare, eique ad seruitia semper paratos esse debere; quam explicationem satis confirmat diploma inuestiturae, quod FRIDERICVS LVDOVICVS, Comes Nassouiensis Saraepontanus, anno CIↃIↃCC XVIIII. Dominis de Lersner scripsit, et SENCKENBERGIVS in *appendice Primarum linearum iuris feudalis num. 40.* produxit, *pag. 105.* verbis: *Darumb sollen sie Vnser, Vnserer Erben vnd Graffschafften Mann, vnd von solcher Leben wegen getreulich verbunden seyn, mit Eyden, Hulden, Gelübden vnd Diensten, auch Vns vnd Vnsere Nachkommen zu allen Zeiten damit gewarten;* itemque formula iurisiurandi, quo Serenissimo Principi Electori Brunsuicensi et Lüneburgico vasalli eius nobiles obstringuntur, *ibidem pag. 151.* vbi illi promittunt: *treu, hold, gehorsam vnd dienstwaertig zu seyn.* Confer IO. GEORGII WACHTERI *Glossarium Germanicum*, in voce: *gewaertig.* Verba: *von Recht vnd Gewohnheit*, quae in litteris inuestiturae et sacramentis feudalibus itidem leguntur, sine vlla dubitatione de iure et consuetudinibus Germanorum feudalibus adeoque de ea etiam, quae vasallos nobiles ad ministeria aulica et honoraria dominis feudorum illustribus praestanda iam pridem deuinxit, intelligenda sunt. Sed, etiamsi istiusmodi formulae illis non innecterentur, nemo tamen vnus nobiles vasallos idcirco a seruitiis aulicis immunes pronunciaret.

k) Quemadmodum ex iis, quae supra *§. V.* et *seq.* in medium attuli, sole clarius eminet. Consule etiam iurisconsultos, in *nota: e. huius §.* citatos.

nobiles omnes, qui ea adquirunt, illi obnoxii ſunt, tametſi ſeruitia aulica dominis expreſſe non promiſerint [l]. Vnde etiam liquet, eos, qui immunitatem ab illis, quae non praeſumitur, ſibi adrogant, iuſtis probationibus docere debere, quod legitime eam impetrauerint [m].

## §. XII.

Neque vero dominis feudorum directis ad ſeruitia aulica ſponte ſe ſe offerre debent vaſalli nobili genere nati, ſed ab illis tempeſtiue ad ea euocandi ſunt, vt rite ſe ſe praeparare, atque decenti apparatu inſtructi, ſtatuto loco et tempore, comparere poſſint [a]. Euocatio ipſa ſtilo curiarum ſollemni hac formula

K

l) Idem docent pluribusue argumentis ſuffulciunt GODOFREDVS CHRISTIANVS LEISERVS *Lib. I. Iuris Georgici cap. XI. num. 13. pag. 58.* HORNIVS *cap. XVIII. Iurisprudentiae feudalis §. V. pag. 460.* NAEVIVS *cap. IIII. des Lehn-Rechts §. I. pag. 81.* et *cap. XIII. §. V. pag. 436.* Perilluſtris Dominus de WERNHER et cum eo IVRECONSVLTI VITEMBERGENSES in *Parte I. Obſeruationum forenſium, obſeruat. LXXVII.* et *LXXVIII. pag. 94. ſeq.* et *98.* atque IVRECONSVLTI HALLENSES in reſponſo, quod ſupra exhibui in *nota: II. §. VIII.*

m) Vide BVRCH. GOTTHELFF STRVVII *cap. V. Iurisprudentiae feudalis §. VIII. pag. 112.* et Domini de WERNHER citatam *obſeruationem LXXVII. Part. I. pag. 94.*

a) Iuris hoc generalis eſt in ſeruitiis feudalibus, vt vaſalli tum demum dominis ea praeſtare debeant, cum ab illis appellati atque ad ea euocati fuerint. Vide IVS FEVDALE SAXONICVM *cap. IIII.* ALEMANNICVM *cap. VII. §. I. II. cap. VIII. §. II.* et *IIII.* AVCTOREM VETVSTVM *de Beneficiis cap. I. §. VIIII.* in Domini SENCKENBERGII *Corpore iuris feudalis Germanici pag. 23. 24. 25. 160. 180.* IVS FEVDALE LONGOBARDICVM *Lib. II. Tit. XXVI. §. XVI. Tit. XXVIII. §. I. Tit. XXXVII. §. I. Tit. LIIII.* et *LV. §. I.* ANDREAE KOHLII *Part. VII. de Seruitiis feudalibus num. 3. ſeq. pag. 253.* et *ſeq.* Praecipue autem producendus a me eſt AVCTOR *des Richtſteigs des Lehn-Rechts*, qui *cap. XIII.* vbi priſcum contra vaſallos, ſeruitia domino denegantes, in iudiciis feudalibus agendi modum deſcribit, in SENCKENBERGII citato *Corpore iuris feudalis Germanici pag. 259.* ita diſſerit: *Woellen die*

mula exprimitur: *die Vasallen bey Solennitaeten zur Aufwartung beschreiben* [b]. Fieri enim hodie solet edictis aut generalibus, aut specialibus ad singulos nobiles vasallos directis [c], quae in

*die maenner euch nit Dienst beweisen, ob sy gleich gut von euch haben; so sprech des herrn fürsprech also: mein herr spricht euch zu zu lehenrecht, das er euch gebotten hat seinen dienst, oder hoffart oder heerfart, oder des landes nodt, vnd ir habt des nicht gethon; so bitte er ein vrteil zu lehenrecht, ob er euch darumb nicht moeg zu der antwurt fordern: das vind man;* (hoc est, ita a paribus curiae iudicatur.) *So gebiete er dem zu der antwurt zu lehenrecht. Antwurt er dann nicht, so ist er niederfaellig. Kumpt aber der mann, so bitt er einen fürsprechen vnd gespreeh. Kumpt er dann wiederum vnd sprecht: herr mir ward euer dienst zu der heerfart, noch zu der hoffart nie gebotten, vnd will des vnschuldig werden, wie ich zu recht soll, so frag des herren fürsprech, nachdem, das diss der herr gezeugknus hat an sein Botten vnd an zweyen seinen maennern, ob er des im nicht neher zu überzeugen sey. Das vind man. Spricht aber der mann: herr es war mir verkündiget, aber nicht als lang zuuor, als mir das von recht solt seyn. - Hiewieder frag des herren fürsprech, ob er im nit neher überzeugen mag, daß sie im verkündiget seyen, wie recht ist. Das vind man.* Sed audiamus etiam testem recentioris aeui, virum illustrem, MATTHIAM IOANNEM BEEHR, qui *Lib. VIII. Rerum Mecklenburgicarum cap. XVIII. pag. 1717. Obeunt, ait, nobiles ministeria aulica, quando a Serenissimis Ducibus ad sollemnes euocantur pompas. - Praemoneri autem tunc edictis debent, vt elegantiore cultu se seruosque ornare queant et congruo loco et tempore Ducibus adsint.*

b) Redi, si placet, ad probationes supra adlatas in *notis: b. c. e. f. g. k. l. m. §. V.* vbi istam formulam passim inuenies. Confer BVRCH. GOTTHELFF STRVVII *cap. XVI. Iurisprudentiae feudalis §. XV. pag. 489. 490.* FLEISCHERI *cap. XVI. Institutionum iuris feudalis §. XX. pag. 607.* Stilum etiam curiarum Latinum formula: *vasallos ad sollemnia conscribere*, vti, ex documento in LÜNIGII *Partis specialis Archiui Imperii sect. I. pag. 743.* apparet.

c) Moris olim iurisque in Germania fuit, vt domini singulis vasallis suis seruitia aulica aeque ac militaria per nuncios indicerent, praesentibus et audientibus duobus aliis eorumdem dominorum vasallis, siue paribus curiae, qui si forte vnus alterue illorum seruitiorum indictionem rite sibi factam esse negaret, nunciorum adsertionem testimonio suo corroborarent. IVS FEVDALE SAXONICVM *cap. IIII. §. I.* in SENCKENBERGII *Corpore iuris feudalis Germanici pag. 180. Der riches dienst, daz deme manne geboten wird mit vrteil sechs wochen vor dem tage er hervaren sule, vnd ime daz gekundigit wirt, daz ez zwene mann dez herren horen, daz sal her tun bie phlicht binnen duscher*

(teutscher)

in regiminibus Principum ac Procerum prouincialibus conscribuntur, atque inde emittuntur [d]. Liberum est dominis feu-

 dorum

(teutscher) *zungen, die deme romeschen riche vndertan ist.* Confer *cap. XXXXVIII. §. II. eiusdem iuris feudalis*, ibidem *pag. 196.* IVS FEVDALE ALEMANNICVM *cap. VII. §. I.* ibid. *pag. 23. Swer von dem Kunigreich leben habe, dem soll auch der Kunig haizzen gebieten ain heruart mit im ze varn uber sechs Wochen vnd einen tag, e daz er varen sule, mit sinem gewizzen boten, vnd daz ez zwen siner manne hoeren; ob er laugen welle, daz im diu hervart nit geboten si, daz im die helfen.* His iunge AVCTOREM VETVSTVM *de Beneficiis cap. I. §. VIIII.* ibid. *pag. 160.* constitutionem FRIDERICI I. Imperatoris in *Iuris feudalis Longobardici Lib. II. Tit. LIIII.* ac praesertim AVCTOREM *des Richtsteigs des Lehn-Rechts cap. XIII.* ex cuius verbis paullo ante recitatis manifesto liquet, seruitia etiam aulica eodem modo vasallis olim denunciari debuisse. At enim vero posteriori aeuo in aulis Principum consuetudo paullatim inualuit, vasallos ad seruitia feudalia edictis, aut generalibus aut specialibus, euocandi. Vide IO. SCHILTERI *Commentarium in Iuris feudalis Alemannici cap. VII. §. II.* sub finem, *pag. 80.* GEORG. ADAMI STRVVII *cap. XI. Syntagmatis iuris feudalis, in notis §. VIIII. pag. 426.* et MARCI RHODII *cap. V. dissertationis de Seruitiis feudalibus vasallorum Pomeraniae orientalis §. I. pag. 40. 41.* Formulas eiusmodi edictorum, quibus vasalli nobiles ad seruitia aulica et honoraria a dominis requiruntur, exhibent IO. IOACHIMVS MÜLLERVS *Lib. III. der Historie Euangelischer Staende Protestation cap. VIII. §. VIII. pag. 458.* Celeberrimus BVDERVS in *Collectione variorum scriptorum ineditorum pag. 519.* et IO. CHRISTIANVS GOTTHELFF BVDAEVS in *Tomo I. Singularium historico-litterariorum Lusaticorum pag. 215. seq.*

d) IO. SEBASTIANVS MÜLLERVS in *Annalibus Saxonicis*, ad annum CIↃ IↃC XIIII. *pag. 274. Den 14. Martii hat die Regierung zu Weimar, anbefohlner Massen, zur Aufwartung mit nach Naumburg beschrieben Hannß Leutbolff Wurmen zu Heuchelheim, Lucas Thangeln zu Denstedt, Friedrich Wilhelm Vitzthumen, von vnd zu Eckstedt, vnd Hannß Wurmen zu Neumarck.* CHRISTIANVS GOTTLOB WABST, Vir Excellentissimus, in praeclaro opere, *von des Churfürstenthums Sachsen, vnd derer darzu gehoerigen Lande ietziger Verfassung der hohen vnd niederen Iustitz, Sect. II. cap. I. num. 7. pag 77. Der Hochloeblichen Churfürstlichen Landes-Regierung ist auch vorbehalten die Conuocatio zu denen Ritter-Diensten, als Beylagern, Begraebnissen, Landes-Huldigungen vnd andern Festiuitaeten; iedoch geschiehet solches gemeiniglich auf vorhergehendes Gutbefinden des Hochpreißlichen Geheimden Consilii, vnd gehoeret die Expedition nicht vor den Lehns-sondern vor den auslaendischen Secretarium.* De Pomerania vide ALBERTI GEORGII SCHWARTZII *Pommerische vnd Rügianische Lehn-Historie pag. 873. not. z.*

dorum illustribus, seruitia a vasallis nobilibus in sollemnitatibus aulae quibuscumque exigere [e]; libera etiam voluntate decernunt, vtrum omnes, an nonnullos tantum ex eorum ordine ad illa requirere velint [f]: nisi pacta singularia certos arbitrio dominorum limites posuerint [g]. Quemadmodum vero vasalli ad

e) Id quod ex documentis atque testimoniis, quae supra adduxi in *notis §. V.* et *VIII.* planum est et manifestum.

f) Principes Germaniae potentiores aulam suam insigni ac splendido ministrorum numero instruere solent, atque ea de caussa non omnes vasallos suos nobiles, quos plerique quam plurimos numerant, ad sollemnia aulica conscribunt, sed nonnullos tantum ex singulis prouinciis, circulis, aut praefecturis. Suo autem arbitrio eligunt, quos volunt, potissimum eos, qui caerimoniarum aulicarum periti sunt. Aliquando tamen ipsis vasallis prouinciae aut circuli cuiusuis facultatem concedunt, quosdam ex ordine suo, eosdemque idoneos, deligendi, qui vice ac nomine omnium in aula dominorum compareant, atque seruitia honoraria illis exhibeant. Lege MÜLLERI *Annales Saxonicos pag. 274. 279. 280. 312. 408.* LÜNIGII *Tom. II. Theatri caerimonialis pag. 467. num. 10. pag. 622. 676. 708. num. 14. pag. 1543. num. 5.* et *7.* atque Excellentissimi BVDERI *cap. XXIII. Amoenitatum iuris feudalis pag. 164.*

g) Exempla pactorum, quibus vasallis nobilibus cautum fuit, ne domini seruitia in sollemnitatibus aulae quibusuis ab illis exposcerent, produxi in *nota: f. §.* proxime antecedentis. Duces Silesiae Münsterbergenses et Olsnenses, HENRICVS et CAROLVS vasallis suis equestris ordinis anno CIƆ IƆ LXXV. apud Dominum de WEINGARTEN in *Codice Ferdinandeo-Leopoldino-Iosephino-Carolino, pro regno Bohemiae et incorporatis prouinciis, pag. 70. 71.* promiserunt: *Daß Sie, wann Ihro Fürstl. Gnaden erleuchte Personen, oder ansehnliche Gesandschafften zukommen, etwa fünfe oder sechse zur Aufwartung erfordern wollen; doch daß es der Ordnung nach, vnd nicht alle Gebote auf einen beschehen.* Pomeraniae etiam nobiles vasalli a Ducibus suis hoc priuilegium impetrauerunt, ne illi omnes, sed nonnulli tantum, ex singulis eorum familiis selecti, ad seruitia aulica euocarentur. Ita enim Duces Pomeraniae, IOANNES FRIDERICVS, BOGISLAVS, ERNESTVS LVDOVICVS, BARNIMVS et CASIMIRVS in *diplomate*, quo anno CIƆ IƆ LX. priuilegia nobilitatis Pomeranicae confirmauerunt, in LÜNIGII *Tomo II. Corporis iuris feudalis Germanici pag. 1067.* et *1068. Damit auch der Folge vnd Dienste halber billige Gleichheit gehalten, vnd dariunen keiner vor den andern zur Vngebühr beschwehret werde; So wollen Wir vnd Vnsere Erben zu iederzeit, wann Wir etliche der Vnsern zu Noethen oder Ehren-Zügen, inn-oder ausserhalb Landes*

ad ſeruitia aulica non niſi vocati accedunt; ita nec integrum illis eſt, ſine venia a dominis impetrata, ante quam dimittantur, ab illis diſcedere h).

## §. XIII.

Cum iure vaſallos nobiles ad ſeruitia aulica et honoraria euocandi coniuncta eſt poteſtas illis apparatum, quo inſtructi

 compa-

*Landes erfordern, die Ausſchreiben an die gantze Geſchlechte, vnd da die nicht groſſ, an dieienigen, ſo in denen Anſchlaegen der Roſſ-Dienſte dieſſfalls zuſammen geſetzet, ausgeben laſſen, daſſ die die Vnkoſten derer, ſo zu ziehen erfordert, mit tragen.* Idem priuilegium Succeſſores Sereniſſimi in variis comitiis prouincialibus ratum habuerunt, praeſertim PHILIPPVS IVLIVS anno CIƆIƆCVI. in comitiis Wolgaſtenſibus, vbi ipſis familiis vaſallorum nobilium ius eos ex horum numero eligendi, qui Duci ad ſeruitia aulica et honoraria ſiſtendi eſſent, conceſſit, ſed hac conditione: *Daſſ iedes Geſchlecht eine ſolche Perſon zu deſſen Dienſt ausmache, die ihm nicht wiederlich, des Hof-Gebrauchs kundig, vnd zu den Sachen, darum ſie erfordert worden, geſchickt waere: damit weder er noch das Geſchlecht ſelbſt ſich deſſen zu entſehen haetten. Auf den wiedrigen Fall, behielt ihm der Hertzog vor, eine andere vnd beſſere darzu zu verſchreiben.* Perluſtra ALBERTI GEORGII SCHWARTZII *Pommeriſche vnd Rügianiſche Lehn-Hiſtorie pag. 789. 863. 997. 930.* ibique *notam* 2. itemque *pag. 954.* et *1100.* Nouiſſime FRIDERICVS I. Rex Sueciae et Dux Pomeraniae citerioris, iſta et alia iura ſingularia, quae nobiles Pomerani, vaſalli eius, ex indulgentia Ducum olim adquiſiuerunt, approbauit, atque anno CIƆIƆCCXX. ſingulari *diplomate* muniuit, quod LÜNIGIVS *Parti II. Collectionis von der Landſaeſſigen Ritterſchafft in Teutſchland pag. 290.* et *ſeq.* inſeruit.

h) Vide ANDREAE KOHLII *Part. VII. de Seruitiis feudalibus num. 38. pag. 263.* et *ſeq.* GEORGII ADAMI STRVVII *cap. XI. Syntagmatis iuris feudalis*, *§. VIIII.* eiusque *notas pag. 426.* Nimirum moris eſt in aulis Principum, vt vaſalli nobiles ad ſollemnia acciti, his peractis, expreſſa declaratione dimittantur. ANTONIVS WECKIVS in *Part. IIII. Chronici Dreſdenſis Tit. III. pag. 370.* de nuptiis Chriſtiani et Mauritii, Ducum Saxoniae et adminiſtratorum epiſcopatuum Martisburgenſis ac Numburgenſis, Dresdae anno CIƆIƆCL. celebratis: *Am 21. Nouember iſt der gemeine Adel von binnen gelaſſen worden. - Den 4. December wurden die meiſten Grafen vnd Herren dimittiret.* IDEM *Tit. V. pag. 429.* de exſequiis Ioannis Georgii I. Principis Electoris Saxoniae, anno CIƆIƆCLVII. *Den 5. Februarii wurden Grafen, Herren*

comparere debent, praescribendi. Ita domini feudorum illustres vestitum et ornatum illorum [a]; ita numerum famulorum et

*ren vnd Adel durch eine schoene Rede, welche der Churfürstliche Saechsische Hof-Iustitien vnd Appellation-Rath, Herr Maximilian Ferdinand Hoe von Hoenegg, verrichtete, zu Freyberg abgedancket.* Conferatur LÜNIGII *Tom. II. Theatri caerimonialis pag. 423.*

a) Gloriosissimus Princeps Elector Saxoniae, IOANNES, qui mira animi constantia constantis elogium meruit, cum anno CIƆ IƆ XXX. iter ad comitia Augustana pararet, ad vasallos nobiles, quos in comitatum suum selegerat, hunc ad modum scripsit: *Du wollest deine Sachen allenthalben darnach achten, vnd mit zwey gerüsten Pferden, in Leber-Farb gekleidet, wie dieser Zeit vnser gemeine Hof-Farb ist, als für einen Schützen, vnd dein Schieß-Geraeth zu führen, bey vns erscheinen.* Vide IO. IOACHIMI MÜLLERI *Historie Euangelischer Staende Protestation Lib. III. cap. VIII. §. VIII. pag. 458.* Serenissimus AVGVSTVS, qui electoratui Saxonico non minori gloria praefuit, ad comitia Augustana, anno CIƆ IƆ LXVI. ab Imperatore indicta, profecturus, Comitibus quibusdam, vasallis suis, quos in comitatu suo esse voluit, mandauit: *Daß sie sich mit Ehren-Kleidern gefaßt machen, vnd zum Einritt mit einer schwartzen sammeten Puffgacken staffiret seyn sollen.* Mandatum ipsum in lucem produxit Celeberrimus BVDERVS in *Collectione variorum scriptorum ineditorum pag. 519.* et *seq.* De nuptiis secundis eiusdem Serenissimi AVGVSTI, IO. SEBASTIANVS MÜLLERVS in *Annalibus Saxonicis* ad annum CIƆ IƆ LXXXVI. *pag. 192.* haec memoriae prodidit: *Den 3. Ianuarii wurde zu Dessau das Beylager zwischen Churfürst Augusten vnd Fürst Ioachim Ernsts zu Anhalt Tochter, Agnes Hedwigen, vollzogen. - Den 13. Ian. hat Churfürst Augustus seine Gemahlin heimgeführet, vnd diesen Tag seinen Einzug in Dreßden gehalten, da Ihm dann Hertzog Christian vnd Iohann Casimir, welche sich voran nach Dreßden begeben, nebst Hertzog Iohannsen vnd vielen dahin beschriebenen Land-Adel, in die 400. Pferde starck, welcher insgesamt schwartze sammete Roecke vnd goldene Ketten darüber, auch schwartz vnd gelbe Federn auf Braunschweigischen Hüten truge, entgegen ritten, vnd sie also in einer schoenen Procession durch die Stadt in das Churfürstliche Schloß begleiteten.* IDEM ad annum CIƆ IƆ LXXXVIII. *pag. 222. Den 14. Maii hielte Hertzog Iohann Ernst der aeltere zu Sachsen-Eisenach sein anderes Beylager mit Landgraf Wilhelms zu Hessen-Cassel Tochter, Christinen, zu Rotenburg an der Fulde. Dieser Hertzog hat seine Land-Iunckern mit auf das Beylager zu reisen dergestalt beschrieben, daß sich ein ieder in einen sammeten Mutzen, vnd mit drey langen Schoessen kleiden, vnd sich also einstellig machen solle.* LÜNIGIVS in *Tomo II. Theatri caerimonialis pag. 1543.* et *seq.* de pompa magnificentissima, qua

et equorum adducendorum, eorumque vestimenta et ornamenta [b] ex arbitrio definiunt. Generatim quidem moris iurisque est

qua Augustissimus FRIDERICVS AVGVSTVS, Dominus noster longe Clementissimus, anno CIↃ IↃCC XVIIII. Serenissimam Coniugem Austriacam, MARIAM IOSEPHAM, auspicatissimis nuptiis ipsi iunctam, in regiam Dresdensem duxit, *num. 5. Die Laussnitzer Staende zu Pferde, alle in schwartz sammeten Roecken, mit goldenen Balleten ausgemacht, vnd gelben Taffent Vnter-Futter, darunter drap d' orne vnd drap d' argent Westen, marchirten mit blossen Degen 4. in einer Reihe. - Auf den Pferden lagen die kostbahren gestickten Chaberaquen vnd fürtrefflisches Pferde-Zeug;* et *num. 7. Der Erb-Marschall mit der Noblesse. - Diese Caualiers waren gleichfalls in schwartz sammeten Roecken mit goldenen Balleten ausgemacht, vnd mit gelben Taffent gefüttert, darunter hatten sie reiche drap d' orne Westen mit Frangen gantz starck besetzet. Die Pferde, welche sie ritten, waren mit denen propresten mit Gold vnd Silber gestickten Chaberaquen vnd kostbahren Pferde-Zeug beleget.* Conferas etiam, velim, HARTMANNVM MAVRVM *de Coronatione Caroli V. Imperatoris Aquisgranensi*, in *Collectione scriptorum de Coronatione et electione aliquot Imperatorum*, quae Hanouiae anno CIↃ IↃC XIII. forma octaua prodiit, *pag. 74. seq.* MAMERANVM *de Inuestitura regalium Electoralis dignitatis Mauritii, Ducis Saxoniae*, ibidem *pag. 267.* ANONYMI *Chronicon Thuringicum et Hassiacum cap. CXXXXI.* in Domini SENCKENBERGII *Tomo III. Selectorum iuris et historiarum pag. 470.* IOANNIS NOHII *Chronicon Hassiacum cap. LVIII.* in *Tomo V.* eorumdem *Selectorum pag. 465. 466.* LÜNIGII *Tomum I. Theatri caerimonialis pag. 261. Tomum II pag. 414.* et IO. CRISTIANI GOTTHELFF BVDAEI *Tom. I. Singularium historico-litterariorum Lusaticorum pag. 221.* et *seq.*

b) Serenissimus AVGVSTVS, Saxoniae Elector, in mandato, ad quod paullo ante prouocaui, Comitibus, qui eum ad comitia Augustana proficiscentem comitari debebant, imperauit: *Daß ieder drey reisige* (gerüstete) *Knechte vnd einen Spieß-Iungen, in gewoehnlicher schwartzer Kleidung, vnd auf den Hüten mit gelben Federn, bey sich haben, der Spieß-Iunge auch mit einer wohlgezierten Sturmhauben vnd Knebel-Spieß, oder langen Berstrohr staffiret seyn solle.* MÜLLERVS in *Annalibus Saxonicis* ad annum CIↃ IↃ LXXXXVIII. *pag. 222.* de nuptiis Ioannis Ernesti, Ducis Saxoniae Isenacensis, haec adnotauit: *Als auch Graf Anton Günther zu Schwartzburg, welcher mit gewissen Pferden auf dieses Beylager beschrieben worden, angefraget: Ob die Knechte in gefalteten Roecken vnd langen Stiefeln, oder Maenteln reiten sollten? ist der Befehl erfolget, daß die Knechte mit Maenteln vnd kurtzen Stiefeln, sich einfinden sollten.* IDEM ad annum CIↃ IↃC XIIII. *pag. 274. Den 14. Martii hat die Regierung zu Weimar anbefohlener Massen, zur Aufwartung mit nach Naumburg beschrie-*

eſt in Germania, vt vaſalli dominis eodem famulorum equorumque numero in aula, quo in militia, deſeruiant [c]; niſi priuilegio ſingulari impetrauerint, vt ad ſeruitia aulica minori nume-

*beſchrieben Hanſs Leutbolff Wurmen zu Heuchelheim, Lucas Thangeln zu Denſtedt, Friedrich Wilhelm Vitzthumen, von vnd zu Eckſtedt, vnd Hannſs Wurmen zu Neumarck, vnd zwahr dergeſtalt, daſs ein iedweder ſeine Diener in ſchwartz und gelb kleiden ſolle.* IDEM ad annum CIƆ IƆC LVI. *pag. 408. Den 16. Iunii hat Hertzog Wilhelm zu Weimar, die drey Gebrüdere, Grafen zu Schwartzburg, Arnſtadtiſcher Linie, Chriſtian Günthern, Anton Gunthern vnd Ludwig Günthern zur vnterthaenigſten Aufwartung bey den beuorſtehenden Beylager zwiſchen Dero eintzigen Tochter, Dorotheen Marien, vnd Hertzog Moritzen, zu Sachſen-Naumburg dergeſtalt beſchrieben, daſs iedweder den 30. dieſes mit 12. Pferden ſich zu Weimar einfinden ſolle. Den 22. Iunii ward Graf Friedrich Ludwig zu Moerſsberg mit 8. Pferden zum Fürſtlichen Beylager nacher Weimar beſchrieben. Graf Iohann Friedrich von Hohenlohe iſt den 23. Iunii mit 12. Pferden zu dieſen Fürſtlichen Beylager erfordert worden.*

c) In litteris inueſtiturae, quas FRIDERICVS WILHELMVS Magnus, Elector Brandenburgicus et Dux Pomeraniae vlterioris, Erneſto Bogislao, Duci Croienſi et Arſchottenſi, anno CIƆ IƆC LXV. de comitatibus, et dynaſtiis Pomeranicis, Neugarten et Maſſaw, ſcripſit, in LÜNIGII *Tomo II. Corporis iuris feudalis Germanici pag. 1062. 1063.* Elector ſibi a vaſallo illuſtri haec ſtipulatur: *Dargegen ſollen Seine Liebden, der Hertzog zu Croy, vnd Dero maennliche eheliche Leibes-Lehns-Erben dieſe Graf-vnd Herrſchafften, nach Inhalt der Lehn-Recht vnd Pommeriſcher Lande Gewohnheit, von Vns vnd Vnſeren Erben vnd Succeſſoren, von Faellen zu Faellen, zu Lehen zu empfangen, dauon in Ehren vnd Noethen, dem Anſchlag nach, die gebührende Roſs-Dienſte zu leiſten ſchuldig ſeyn.* Confer diploma Ducum quondam Pomeraniae, IOANNIS FRIDERICI, BOGISLAI, ERNESTI LVDOVICI, BARNIMI et CASIMIRI, in LÜNIGII citato *Tomo II. pag. 1067.* et diploma FRIDERICI I. Regis Sueciae atque Ducis Pomeraniae citerioris, in EIVSDEM *Parte II. Collectionis von der Landſaeſſigen Ritterſchafft in Teutſchland, pag. 295.* Huc etiam ſpectat decretum comitiale, ab ordinibus prouincialibus principatuum Sileſiae, Oppolienſis et Ratiborienſis, anno CIƆ IƆC LXXIIII. factum, in Domini de WEINGARTEN *Codice Ferdinandeo-Leopoldino-Ioſephino-Carolino, pro regno Bohemiae et incorporatis prouinciis, pag. 403. num. 22. Wann es ſich auch etwa treffen moegte, daſs man den Herrn des Landes empfangen, oder dem Lande zum beſten auffitzen ſollte; haben die Herren Staende gewilliget, daſs einer neben den andern zugleich, auſſer Gottes Gewalt, auffitzen vnd die Ritter-Dienſte nach des Guthes Groeſſe vnd Proportion verrichten ſolle.*

numero accedant [d]: at enim vero vaſallos, licet ſeruitiis eorum militaribus pactis, aut vſu certus modus conſtitutus fuerit, nihilo ſecius ad aulica maiori etiam famulorum equorumque numero et apparatu dominis praeſtanda obligatos eſſe, ſi honor eorum, tempus et occaſio maiorem ſplendorem expoſcat, grauibus argumentis euicit ANDREAS KOHLIVS [e], cuius ſententiam obuiis idcirco vlnis amplexi ſunt GEORGIVS ADA-



d) ALBERTVS GEORGIVS SCHWARTZIVS in *der Pommeriſchen vnd Rügianiſchen Lehn-Hiſtorie pag. 985. Eine beſondere Begnadigung war es, die das Geſchlecht derer von Wackenitz, zu Cleuenou vnd groſſen Kyſou, in dem 1623. Iahre erhielte. Dis Geſchlecht war damahlen vnd von Alters her, mit anſehnlichen, erſt Eigenthums, hernach Lehn-Gütern angeſeſſen. Es muſte auch deswegen zu Krieges-Dienſten noch in den Zeiten, damit vnſere Erzehlung hier zu thun hat, mit 6. Pferden die Folge leiſten. Aber zu Fürſtlichen Aufwartungen hatte es ſchon 1541. von Hertzog Philipp I. den Nachlaß erhalten, nur mit 4. Pferden erſcheinen zu dürffen. Dieſe Befreyung ward demſelben nun, da die Verdienſte des fürtreflichen Patrioten, Herrn Albrechten von Wackenitz, keine Fehl-Bitte haben konnten, von Hertzog Philipp Iulius gnaedigſt beſtaetiget.*

e) In *Parte IIII. de Seruitiis feudalibus, num. 99. 100. pag. 176.* vbi ita diſſerit: *Deinde praedicta determinatio* des Roſs-Dienſtes, mit wie viel Pferden, Reiſigen oder gerüſteten zu dienen, *vel ſimilis determinatio, militare ſeruitium reſpiciens, vix locum habere videtur in* Ehren-Faellen *cum ad apparatum ſplendidiorem magisque honorificum dominus vaſallum decenter ornatum adeſſe iubet. Eadem namque determinatio vel nequit hiſce ſeruitiis accommodari, vel certe parum illis quadrat, cum inter apparatum militarem et non militarem ſit magna diuerſitas, et illic armatura magis, hic ornatus potius attendatur. Deinde non tam diuturna ſunt et oneroſa ſeruitia, quae dumtaxat in honorem domini exhibentur, quam militaria, et frequentius haec vniformiter eodemque modo ſolent exhiberi, illa difformiter et ad eum modum, quem dominus arbitratu ſuo, prout tempus et occaſio tulerit, qualibet vice praeſcribit. Proinde licet militaria ſeruitia certo modo determinata fuerint, non tamen id ad alia in honorem domini praeſtanda trahere licebit, cum etiam in materia extenſionem alioqui recipiente, non admittatur extenſio de caſu ad caſum, vbi non eſt eadem vtrobique ratio, vel in vno ratio minor, quam in altero; l. 44. ff. de Ritu nupt.* CRAVETTA *Conſil. 146. num. 2. et Conſil. 548. num. 25. Secus, vbi apparet, ea intentione determinationem fuiſſe adiectam, vt ad haec non minus, quam ad militaria ſeruitia pertineat, tunc enim ſeruandum erit, quod eſt voluntati contrahentium conſentaneum; l. 219. ff. de Verb. ſignificat.*

MVS STRVVIVS [f], IOANNES FRIDERICVS RHETIVS [g], FRIDERICVS MÜLLERVS [h], GODOFREDVS CHRISTIANVS LEISERVS [i], HENRICVS COCCEIVS [k], IOANNES DAVID LVEDECKE [l], IOANNES CAROLVS NAEVIVS [m], IOANNES DENEKEN [n], BVRCHARDVS GOTTHELFF STRVVIVS [o], et IOANNES LAVRENTIVS FLEISCHERVS [p]. Denique ad iura dominorum etiam spectat facultas vasallis nobilibus functiones diebus aulae festis suscipiendas adsignandi [q]; modo ad consuetudinem aulae respiciant, neque ministeria plane extraordinaria, aut nobilibus viris indigna, illis iniungant [r].

§. XIIII.

f) *Cap. XI. Syntagmatis iuris feudalis, in notis §. V. num. 6. pag. 414.*

g) In *Commentario in Ius feudale Longobardicum Lib. I. Tit. XXI. num. 5. pag. 445.*

h) In *Practicae ciuilis Marchicae resolut. LXXII. num. 21. pag. 156.*

i) *Lib. I. Iuris Georgici cap. XI. §. XIII. pag. 59.*

k) *Tit. VI. Hypomnematum iuris feudalis §. XXVIIII. pag. 79.*

l) *Cap. II. dissertationis de Adaeratione seruitiorum equestrium §. VIIII. pag. 12.*

m) *Cap. XIII. des Lehn-Rechts §. V. pag. 437.*

n) In *Parte II. des Dorff-vnd Land-Rechts Lib. II. cap. VIII. §. XXVIII.* sub finem, *pag. 195.*

o) *Cap. XVI. Iurisprudentiae feudalis §. VI. pag. 475.*

p) *Cap. XVI. Institutionum iuris feudalis §. VI. pag. 650.*

q) Respice ad probationes supra adductas in *notis: d.* et *o. §. V.* His iunge GEORGII SPALATINI *Vitas aliquot Electorum et Ducum Saxoniae,* in BVRCH. GOTTHELFF STRVVII *Parte III. des Historisch-Politischen Archius pag. 71.* et praecipue LÜNIGII *Tomum II. Theatri caerimonialis pag. 385. 388. 389. 673. seq. 681. seq. 696. seq. 909.* et *seq.*

r) Vide IO. DAV. LVEDECKE *cap. II. dissertationis de Adaeratione seruitiorum equestrium §. VIIII. pag. 12.* IO. CAROLI NAEVII *cap. XIII. des Lehn-Rechts §. VII. pag. 441.* et responsum IVRECONSVLTORVM HALLENSIVM, supra in *notam: ll. §. VIII.* transscriptum, sub finem

## §. XIIII.

Seruitia vasallorum nobilium aulica sine dubio ab ipsis vasallis in honorem dominorum praestanda sunt [a]. Neque igitur vicarii, qui partes eorum agant, admittuntur, etiamsi legitima impedimenta adlegare possint; sed domini alios, in locum illorum substituendos, ex ordine vasallorum euocare solent [b]. Ceterum seruitia aulica aeque ac militaria accensenda sunt seruitiis equestribus. Ex priscis enim Germaniae institutis vasalli nobiles obstricti sunt, vt equitantes, vna cum famulis, ad illa etiam accedant, atque in pompa et itineribus sollemnibus dominos comitentur [c]. Quam ob

 rem

a) Vide IO. SCHILTERI *Notas ad* GEORGII ADAMI STRVVII *Syntagma iuris feudalis*, eiusque *cap. XI. §. VI. pag. 106.* BVRCH. GOTTHELFF STRVVII *cap. XVI. Iurisprudentiae feudalis §. VI. pag. 473.* et ALB. GEORGII SCHWARTZII *Pommerische vnd Rügianische Lehn-Historie pag. 1002. not. 2.* Refer etiam animum ad §. *VII. huius commentationis.*

b) IO. SEBASTIANVS MÜLLERVS in *Annalibus Saxonicis*, ad annum CIↃ IↃC XIIII. *pag. 274. Den 14. Martii hat die Regierung zu Weimar, anbefohlener Massen, zur Aufwartung mit nach Naumburg beschrieben, Hannß Leutholff Wurmen zu Heuchelheim, Lucas Thangeln zu Denstedt, Friedrich Wilhelm Vitzthumen, von vnd zu Eckstedt, vnd Hannß Wurmen zu Neumarck, vnd an des letzteren statt, weilen er sich entschuldiget, Hannß Veiten von Harras.*

c) Ignorauerunt maiores nostri vsum vehiculorum, quae hodie *Carrossen, Kutschen* appellantur. Reges, Principes et nobiles Germaniae, cuiuscumque ordinis, equis olim non belli tantum, sed pacis etiam tempore, atque in sollemnitatibus aulicis vehebantur. Consule Illustris Domini de LVDEWIG *Part. II. Commentarii in Auream Bullam pag. 568. seq.* et EIVSDEM *Part. I. derer Gelehrten Anzeigen pag. 425. seq.* vbi de origine illorum vehiculorum in Germania notabilia inuenies. Res igitur certa et explorata est, vasallos nobiles feuda sua equestribus seruitiis demereri debuisse, et in expeditionibus dominorum bellicis, et in sollemnibus eorum aulicis, atque itineribus honoris caussa susceptis, *bey Ehren-Zügen.* Redeas velim ad probationes in *notis: b. c. e. k. §. V.* in *notis: a. b. c. d. g. i. k. l. m. p. §. VI.* et *notis: a. b. c. d. §. antecedentis.* Illis nunc adiungo obseruationem memoratu dignissimam Viri Perillustris, GEORGII MELCHIORIS de LVDOLF, quam *Tomo V.*

rem aegerrime tulerunt Germaniae Principes, cum recentiori aeuo illi frequentius vehiculis, quam equis, vti inciperent, atque adeo ad aulam rheda aduehere ntur [d]. Hodie, in frequen-

*mo V. Electorum iuris publici pag. 417.* et *seq.* inseruit: *Es ist in vorigen Zeiten das Fahren in Carrossen oder Kutschen so gar vngewoehnlich gewesen, daß auch noch in den saeculo XVI. die Chur-vnd Fursten, wenn Ihnen die Reichs-Taege persoenlich zu besuchen, vngelegen gewesen, gegen dem Kayser ihr Aussenbleiben mit dieser Vrsache oder Vorwand entschuldiget, daß sie wegen zugestossener Leibes-Beschwehrniß nicht zu reiten vermoechten, welches eine gantz vnzulaengliche Entschuldigung gewesen waere, wenn man das Fahren auf Carrossen, auch einen Chur-oder Fürsten nicht vor so vnanstaendig gehalten haette, daß sie nicht auch nach Erforderung Ihres Leibes-Zustandes sich deren zu bedienen, vnd so auf Frauenzimmers Weisse aufgezogen zu kommen, vor vnziemlich erachtet haetten. Was nun damahliger Meynung vnd Gewohnheit nach denen Chur-vnd Fürsten nicht angestanden, solches hat noch weniger Ihren Dienern vor sich, oder in Gesandschafft zukommen moegen. Daher auch, wie ein gewisser Saechsischer Minister vns referiret, Graf Wolff von Barby, als er von Churfürst Iohann Friedrichen zu Sachsen, zu der Reyße nach Speyer, zu dem daselbst angestellten Reichs-Conuent Anno 1544. erfordert worden, seiner Vnpaeßlichkeit wegen, die Erlaubnis vor seine Person sich eines behangenen Wagens mit 4. Pferden zu gebrauchen, erhalten müssen; wohin nach berührter Relation ferner gehoeret, die bey der Chur-vnd Fürstlichen Erforderung, zu des Churfürstens Halb-Bruders, Hertzogs Iohann Ernstens Beylager zur Aufwartung, sowohl an die Grafen, als an die von Adel angefügte Erinnerung: was sie von Ehren-Kleidern mit zu nehmen Willens, würden sie auf einen Waegelein wohl mit führen zu lassen wissen. Waeren sie selber auf Kutschen gefahren, haette es dieser Erinnerung oder Andeutung nicht bedurfft.*

d) In primis memorabile est IVLII, Ducis quondam Brunsuico-Luneburgici, edictum, quo anno CIↃ IↃ LXXXVIII. vasallos suos nobiles seuere reprehendit, quod a virtute maiorum degenerarent et studia rei militaris negligerent, in LÜNIGII *Tomo II. Corporis iuris feudalis Germanici pag. 1447.* et *seq.* Ex eo verba, quae hic locum merentur, exscribemus: *Als Wir aus den alten Historien vnd verlauffenen gar ritter-ehr-vnd rühmlichen Geschichten Vns zu erinnern, auch selbst in Erfahrung haben, wie hiebeuor die lieben, bestaendigen, kecken vnd freudigen Deutschen, wegen ihrer mannlichen Tugend, Redlich-Tapffer-Erbar-vnd Standhafftigkeit bey allen Nationen dermassen berühmet gewesen, daß dieselbe nicht allein in Kriegs-Laeufften herfür gezogen, sondern auch mit ihrer Zuthat in dem heiligen Roemischen Reich Deutscher Nation, dem geliebten*

quentiſſimo rhedarum vſu, facilius quidem illud concedunt, ſed nobiles vaſalli, ad ſeruitia aulica vocati, eum equorum ſtratorum numerum ſecum adducere debent, quem domini ex arbitrio



*deliebten Vaterland, tapſſere vnd ſehr kühne Thaten verrichtet, vnd inſonderheit dieſes Landes Leute, Ihrer Rüſtung vnd Mannheit halber, inn- vnd auſſerhalb Reichs den Ruhm erlanget, daß andere frembde Nationen dieſelbe gerne bey ſich gehabt, ihre Rüſtung gelobet vnd ſich denſelben coniungiret; - Vnd aber Wir deme zuwieder eine Zeithero mit Schmertzen vnd hoechſten Verdries befunden, daß ſolche rühmliche, tapſſere vnd mannliche nutzliche Rüſtung vnd Reuterey - in Vnſern Fürſtenthumben, Graf- vnd Herrſchafften, nicht allein mercklich abgenommen, ſondern auch faſt gefallen, (wie Zweifels ohne auch andere Chur- vnd Fürſten bey Ihrer Ritterſchafft dergleichen erfahren) vnd ſolches fürnemlich dahero verurſachet, daß ſich faſt alle Vnſere Lehn-Leute, Diener vnd Verwandten, ohne Vnterſcheidt, Iung vnd Alt, auf Faullentzen vnd Gutſchen-Fahren zu begeben vnterſtanden, alſo, daß ihrer wenig mit guten wohlſtaffierten reiſigen Pferden, vnd wohlerfahrenen verſuchten wegkündigen Knechten vnd Iungen verſehen; Wann Wir nun demſelben - laenger nicht zuſehen koennen, ſondern die alte Braunſchweigiſche vnd Vns von Vnſern loeblichen Vorfahren angeſtammte vnd aufgeerbte Reuterey wiederum, ſo viel an Vns, herfür zu bringen gemeinet; - Als wollen vnd befehlen Wir hiermit allen vnd ieden obgemeldten Vnſern Lehn-Leuten, Dienern vnd Verwandten, was Würden oder Standes die ſeyn, in Gnaden ernſtlich, daß ihr vnd ein ieder Vnſerer Angehoerigen mit ſo viel reiſſigen Pferden, als er vermoege ſeiner Lehen vnd Verwandniß Vns zu dienen, ſchuldig vnd pflichtig, iederzeit in guter Bereitſchafft ſitze, wohlverſuchte, geübte erfahrene, wegkundige Knechte bey ſich habe, desgleichen ſo viel moeglich, mit blancker ſtahlener Rüſtung, vnd geſtaehleten Satteln, daran zwey Feuer-Rohr mit Eiſen-Blechen-Laden vnd ſchmalen Anſchlaegen, oder mit andern dergleichen Rüſtungen bey Vns auf Erfordern ſich einſtellen koenne. Wir wollen auch obgemeldte Vnſere Lehn-Leute, Diener vnd Verwandte hiemit gnugſam verwarnet haben, wenn Wir ſie ſaemtlich oder zum Theil zu Vnſerm Roß-Dienſt in vnruhigen Zeiten, oder ſonſten nach Gelegenheit beſcheiden, oder ſie ihre Lehen empfahen, oder ſonſt an Vnſerm Hof zu ſchaffen haben werden, daß ſie alsdann nicht mit Gutſchen, ſondern ihren reiſſigen Pferden erſcheinen vnd ankommen; dann darauf gute Achtung gegeben, vnd die Gutſch-Pferde oder wer ſonſt obgeſetzter maſſe nicht ſtaffiert, nicht paſſiren, ſondern darüber Vnſer Erkaenntniß gewaertig ſeyn ſollen.* De Philippo II. Duce Pomeraniae Sedinenſi, ALBERTVS GEORGIVS SCHWARTZIVS in *der Pommeriſchen vnd Rügianiſchen Lehn-Hiſtorie pag. 497.* commemorat, quod anno CIↃ IↃC VIII. vaſallos ſuos nobiles admonuerit: *Daß ſie ſich nicht ſo ſehr der Wagens, als der Ritterſchafft bedienen ſollten.*

bitrio definiunt, aut qui alioquin ad seruitia militaria, ex pacto aut consuetudine, illis est sistendus [e].

## §. XV.

Quamquam iuris feudalis doctores in enodanda ac decidenda quaestione: vtrum seruitia feudalia impensis vasalli, an vero domini sumtu praestanda sint? mirum in modum titubant et inter se dissentiunt [a]; attamen, quod ad seruitia aulica attinet, res ex clarissimis monimentis certa est et manifesta. Ex iis enim luculentissime apparet, vasallos nobiles, ad eiusmodi seruitia a dominis euocatos, suis sumtibus se et famulos suos eo apparatu, quem domini praescripserunt, instruere debere [b]. Neque illis integrum est, ideo collectam aut subsidium quod-

e) Respice ad §. *proximum superiorem*, eiusque *notam*: *b.* et *sequentes.* Nimirum Principes ac Proceres Germaniae comitatu vasallorum nobilium equestri, honoris et splendoris caussa, adhuc vtuntur in sollemnibus ingressibus in territorium aut vrbes. Vide LÜNIGII *Tom. II. Theatri caerimonialis pag. 371. seq. 464. 467. 1543. seq.* et IO. CHRISTIANI GOTTHELFF BVDAEI *Tom. I. Singularium historico - litterariorum Lusaticorum pag. 221. 224.* et *seq.*

a) Vide ANDREAE KOHLII *Part. VI. de Seruitiis feudalibus pag. 227. seq.* SIGISMVNDI FINCKELTHAVSII *Controuersias feudales, disputat. VIIII. §. VIIII. pag. 299. seq.* ERICI MAVRITII *decadem XII. Iuris feudalis controuersi, posit. VIIII.* in *volumine dissertationum et opusculorum pag. 744. seq.* HENRICI a ROSENTHAL *cap. VIII. Tractatus et synopsis totius iuris feudalis conclus. XXII. pag. 595. et conclus. XXIIII. pag. 599.* GEORGII ADAMI STRVVII *cap. XI. Syntagmatis iuris feudalis*, in *notis §. VIIII. pag. 426.* IO. FRIDERICI RHETII *Commentarium in Ius feudale Longobardicum pag. 445.* et *seq.* CASP. HENRICI HORNII *cap. XVIII. Iurisprudentiae feudalis pag. 470. 471.* et BVRCH. GOTTHELFF STRVVII *cap. XVI. Iurisprudentiae feudalis §. XII. pag. 485.*

b) Olim quidem moris fuit in plerisque Germaniae prouinciis pariter, atque in regnis Francorum et Anglorum, vt domini vasallis vestes, colore aulico, qui insignibus illorum gentilitiis plerumque respondebat, tinctas, quae medio aeuo *liberationes*, *liberatae*, *pallia*, *robae*, postea a Gallis *livrées*, appel-

quodcumque a subditis suis exigere, nisi forte ex priuilegio, aut pacto cum illis inito, aut praescriptione legitima ius singulare

appellari consueuerunt, donarent, vt illis in sollemnitatibus aulicis vterentur. Vide CAROLI du FRESNE *Glossarium ad scriptores mediae et infimae Latinitatis*, in vocibus: *liberatio*, *liberata*, *pallium*, *roba*; EIUSDEM *dissertationem V. ad* IOINVILLAM *de Curiis et festis sollemnibus Regum Francorum* in Illustris WILHELMI FRIDERICI de PISTORIVS *Parte I. Amoenitatum historico-iuridicarum pag.* 100. et *seq.* ANTONII MATTHAEI *Lib. IIII. de Nobilitate cap. XXV. pag.* 1005. Illustris Domini de LVDEWIG *dissertationem de Formula ducatus Brandenburgici §. VIII. not. d. e. pag.* 75. et *seq.* EIVSDEM *Tom. I. de Iuribus feudorum Romani Imperii, atque Germaniae Principis et prouincialium pag.* 884. et *seq.* IO. IOACHIMI MÜLLERI *Part. II. des Staats-Cabinets cap. IIII. pag.* 302. *seq.* et praecipue Illustris DAVIDIS GEORGII STRVBEN doctissimam obseruationem *de vestitu vasallorum*, in *Tomo I. Parergorum Gottingensium Part. III. n. VIIII. pag.* 167. *seq.* Sed, quemadmodum ex documentis et testimoniis supra a me productis in *notis: a.* et *b. §. XIII.* sole clarius eminet, priscum morem aboleuerunt posteriorum saeculorum instituta, quippe quae dominis ius vasallis nobilibus vestimentorum, quibus in sollemnibus aulae et ipsi et eorum famuli vterentur, genus et colorem praescribendi vindicauerunt, vasallos autem, vt ea suis sumtibus compararent, obstrinxerunt. Sola fere nobilitas Pomeraniae Suecicae ex antiquo more hoc priuilegium vsque ad hodiernum diem saluum et integrum conseruauit, vt pannum, ex quo vestimenta sollemnia illis conficienda, a domino accipiat. Hac enim promissione IOANNES FRIDERICVS, BOGISLAVS, ERNESTVS LVDOVICVS, BARNIMVS et CASIMIRVS, Duces Pomeraniae, anno CIↃ IↃ LX. et FRIDERICVS I. Rex Sueciae atque Dux Pomeraniae citerioris, anno CIↃ IↃCC XX. in diplomatibus a LÜNIGIO editis in *Tomo II. Corporis iuris feudalis Germanici pag.* 1065. et in *Parte II. Collectionis von der Landsaessigen Ritterschafft in Teutschland*, *pag.* 204. et seq. illud muniuerunt: *Wann auch Vns oder Vnsern Successorn die von der Ritterschafft vnd Adel in Ehren-Zügen, außerhalb Krieges, als zur Lehns-Empfahung, Reichs-oder andern Versammlungs-Tagen, Fürstlichen Hoefen, Heimfuhrungen vnd dergleichen Zügen, ausserhalb Landes folgen, vnd sich in Vnsere, oder Vnserer Successorn Farbe kleiden sollen; So wollen Wir einem ieden von Adel, der mit zu reiten erfordert, nach alter Gewohnheit, das Tuch auf seinen Leib, als 5. Ellen Gewandt vnd die Farbe auf so viel Personen, als ein ieder Pferde haben soll, samt den Muster in seine Behausung zu rechter Zeit zuschicken. - Da Wir auch die von der Ritterschafft innerhalb Landes fordern, so soll es der Kleidung wegen, wann sie sich in Vnsere Farbe kleiden sollen, allermassen, wie oben gemeldet, mit ihnen gehalten werden.* Confer DAVIDIS MEVII *Ius Publicum Pomeraniae Suecicae*

gulare adquisiuerint c. Quodsi vero nonnulli tantum nobiles vasalli ex singulis circulis, aut familiis a dominis ad seruitia aulica requiruntur, reliqui eiusdem circuli, aut familiae, vasalli obstricti sunt, vt partem ratam sumtuum, feudis, quae possident, congruentem et conuenientem, in medium conferant; cum aequitas non patiatur, vt omne onus illi soli sustineant d. Sed constat etiam ex certissimis argumentis, antiquissi-

*cicae* in Illustris Domini de LVDEWIG *Tomo VIIII. Reliquiarum manu scriptorum omnis aeui diplomatum pag. 428. 429.* et Clarissimi SCHWARTZII *Pommerische vnd Rügianische Lehn-Historie pag. 788. 954. 1100.*

c) Seruitia feudalia sunt onera feudorum, quae fructibus eorum compensantur. Neque Comites, Barones et nobiles mediati, superioritati territoriali Principum Germaniae subiecti, ius collectandi, quod ad regalia spectat, sine eorum concessione sibi adrogare possunt. At dubitandum tamen non est, quin illi etiam ex consensu subditorum expresso, aut tacito, ius singulare impetrare queant. Volentibus enim nulla infertur iniuria; adeoque subditi pacto et praescriptione ad extraordinarias, immo vero plane insolitas praestationes dominis valide obligantur. Vide CHRISTOPHORI WINTZLERI *Obseruationes de Collectis pag. 378. num. 63. pag. 438. num. 16.* et *seq.* CASPARIS ZIEGLERI *Lib. II. de Iuribus maiestaticis cap. I. §. XVIII. seq. pag. 872. 873.* IOANNIS HERMANNI STAMMII *Lib. III. de Seruitute personali cap. XXIII. §. VIII. pag. 606.* et GEORGII BEYERI *Lib. I. Delineationis iuris Germanici cap. VI. §. XXXXVI. XXXXVIII. XXXXVIIII. pag. 29.*

d) IOANNES FRIDERICVS, BOGISLAVS, ERNESTVS LVDOVICVS, BARNIMVS et CASIMIRVS, Duces Pomeraniae, in diplomate apud LÜNIGIVM in *Tomo II. Corporis iuris feudalis Germanici pag. 1067. Damit auch der Folge vnd Dienste halber billige Gleichheit gehalten, vnd darinnen keiner vor dem andern beschwehret werde; So wollen Wir vnd Vnsere Erben zu iederzeit, wann Wir etliche der Vnsern zu Noethen oder Ehren-Zügen, inn-oder ausserhalb Landes erfordern, die Ausschreiben an die gantze Geschlechter, vnd da die nicht groß, an dieienige, so in den Anschlaegen der Roß-Dienste diesfalls zusammen gesetzet, ausgeben lassen, daß sie die Vnkosten derer, so zu ziehen erfordert, mit tragen.* Similia legas in diplomate, quod FRIDERICVS I. Rex Sueciae anno CIↃ IↃCC XX. nobilitati Pomeraniae Suecicae scripsit, in LÜNIGII *Parte II. Collectionis von der Landsaessigen Ritterschafft in Teutschland pag. 295.* Conferas etiam Doctissimi SCHWARTZII *Pommerische vnd Rügianische Lehn-Historie pag. 788. 863. 954.* et Excellentissimi BVDERI *Amoenitates iuris feudalis cap. XXIII. pag. 164.*

tiquiſſimae in Germania conſuetudinis eſſe, vt domini vaſallis, qui in aula ipſis ſeruiunt, aut in itineribus ſollemnibus illos comitantur, eorumque famulis et equis de victu et pabulo proſpiciant [e]. Iuris praeterea olim fuit, atque in nonnullis

M Germa-

e) CAIVS CORNELIVS TACITVS *de Moribus Germanorum cap. XIII.* et *XIIII.* vbi de comitibus Principum Germaniae diſſerit, qui vaſallis poſterioris aeui ſimillimi erant: *Haec*, ait, *dignitas, hae vires, magno ſemper electorum iuuenum globo circumdari, in pace decus, in bello praeſidium. - Epulae et quamquam incomti, largi tamen apparatus pro ſtipendio cedunt.* In *conſtitutione de expeditione Romana*, quam viri doctiſſimi CONRADO II. Salico grauiſſimis argumentis vindicauerunt, et Excellentiſſimus GEBAVERVS, SCHILTERI *Inſtitutionibus Iuris feudalis* adnexuit, *pag. 260.* Imperator ita ſancit: *Ipſi quoque* (Principum vaſalli et miniſteriales) *in dominorum tamdiu viuant procuratione, quamdiu in incepta vadant expeditione.* Inter *leges feudales Tecklenburgicas*, ab Ottone, Comite Tecklenburgico, promulgatas, quas Illuſtris Dominus de LVDEWIG *Tomo II. Reliquiarum manu ſcriptorum omnis aeui diplomatum* inſeruit, *pag. 300. §. VII.* haec etiam legitur: *Die Leben-Leutbe, ſo mit den Grafen an des Kayſers Hof zieben, ſollen mit Nothdurfft verſeben werden, aus vnd wieder bin.* IOANNES NOHIVS in *cap. LVIII. Chronici Haſſiaci*, quod Celeberrimus SENCKENBERGIVS in *Tomo V. Selectorum iuris et hiſtoriarum* edidit, *pag. 466.* de nuptiis Sigiſmundi, Ducis Auſtriae, Oeniponti anno CIↃ CCCC LXXXII. celebratis: *Zu ſolchem Hof ward der Hochgebohrne Graf Ebert von Würtenberg geladen, vnd reit mit 600. Pferden, von Stutgarden bis gen Kempten, da lies er den Gezeig, vnd reit forter durch das Gebürg mit 80. oder 90. Pferden, vnd das waren alle vnd die meiſten Grafen, Freyen, Ritter vnd Edelleuth, wenig Knecht, - vnd verkoeſtiget die 500. Pferd zu Kempten 14. Tag, vnd quitte ſie aus mit baarem Geld.* CASIMIRVS, Dux Sileſiae Teſchenenſis et Glogauienſis, in diplomate de anno CIↃ CCCC LXXXXI. apud LÜNIGIVM in *Parte I. Collectionis von der Landſaeſſigen Ritterſchafft in Teutſchland pag. 185. So die Herrſchafft oder Amachtmann ir eynen aus der Landſchafft erfordern würden, zu ieder Nothdurfft des Herrn oder Amachtmanns, demſelben ſollen ſie, dem Pferde vnd Knechte Nothdurfft geben, vnd ſo ſy off den Schloſſern vnd Steten liegen würden aus Befeble, ſal auch geſchen, wie oben, - vnd wo ſy mit der Herrſchafft czygen, oder mit den Amachtmann, - man ſal ſy auch mit Notbdurfft beſorgen.* IOANNES FRIDERICVS, BOGISLAVS, ERNESTVS LVDOVICVS, BARNIMVS et CASIMIRVS, Duces Pomeraniae, atque FRIDERICVS I. Rex Sueciae, in diplomatibus, quibus priuilegia nobilitatis Pomeranicae confirmauerunt, in LÜNIGII *Tomo II. Corporis iuris feudalis Germanici pag. 1067.* et *Parte II. Collectionis* paullo ante citatae,

*pag.*

Germaniae prouinciis eſt etiamnum, vt domini vaſallis damnum, quod in ſeruitiis eorum, ac praeſertim in itineribus honoris cauſſa ſuſceptis, ſine culpa ſua, paſſi ſunt, reſarciant f.

§. XVI.

*pag. 294. 295. Wann auch Vns oder Vnſern Succeſſorn die von der Ritterſchafft vnd Adel in Ehren-Zügen-auſſerhalb Landes folgen; - ſo wollen Wir ihnen Futter vnd Mahl auch den Huffſchlag geben, vnd darzu in den Herbergen die Stall-Miethe oder Rauch-Futter zahlen, auch billig Trinckgeld reichen laſſen. Da Wir auf Reichs-oder andern Tagen lange liegen, ſo wollen Wir die von der Ritterſchafft ihres Logements vnd Betten halber entfreyen. - Wir wollen ihnen auch an den Orthen, dahin Wir ſie erfordern, vnd wenn ſie mit Vns innerhalb Landes ziehen, Futter vnd Mahl geben, auch die Stall-Miethe vnd das Rauch-Futter in der Herbergen zahlen laſſen.* Inter iura et priuilegia nobilitatis Brunſuico-Guelpherbytanae, in LÜNIGII *Parte II.* eiusdem *Collectionis pag. 155. num. 41.* hoc quoque ex receſſibus prouincialibus commemoratur: *Wann der engere oder groeſſere Ausſchuß von gnaedigſter Herrſchafft in Landes-Angelegenheiten, oder auch die Landſaſſen zum Aufwarten vnd Dienſtverrichtung verſchrieben werden, genieſſen dieſelbe aus der Caſſe ihre Defrayirung, oder Futter vnd Mahl.* Euolue etiam, ſi lubet, CHRISTOPHORI LEHMANNI *Lib. II. Chronici Spirenſis cap. XIIII. pag. 65. 66.* IO. HENRICI de FALCKENSTEIN *Codicem diplomaticum antiquitatum Nordgauienſium pag. 24. 25.* LÜNIGII *Partem ſpecialem Archiui Imperii Sect. I. pag. 743.* IO. FRIDERICI SCHANNAT *Clientelam Fuldenſem Part. I. cap. III. §. IIII. num. 2. pag. 49.* et CHRISTIANI GOTTLIEB RICCII *Part. II. von dem Landſaeſſigen Adel in Teutſchland cap. XVIIII. §. XVII. pag. 387.*

f) AVCTOR VETVSTVS *de Beneficiis cap. I. §. XVII.* in Domini SENCKENBERGII *Corpore iuris feudalis Germanici pag. 160. Si quis equum vel eiusmodi aliquid domino ſuo conceſſerit, et non rehabuerit, vel aliquid perdiderit in eius ſeruitio, interim non tenetur ex debito, eius beneficiali intereſſe iuri, nec ſeruire aliquid, quamdiu non habuerit rectam rationem ſui damni.* IVS FEVDALE SAXONICVM *cap. IIII.* ibidem *pag. 181. Swer ſo ein phert, oder ſines gutes icht ſime herren geliegen hat, oder icht an ſime dienſte verlorn hat, daz ime vnnergulden iſt, diewile en iſt her nicht phlictig ſinen herrn zu dienende, noch lenrechts zu phlegene.* CASIMIRVS, Dux Sileſiae Teſchenenſis et Glogauienſis, in diplomate de anno CIↃ CCCC LXXXXI. quod LÜNIGIVS in *Parte I. Collectionis von der Landſaeſſigen Ritterſchafft in Teutſchland pag. 185.* exhibet: *So ir eyner aus der Landſchafft mit der Herrſchafft czygen, oder mit den Amachtmann, man ſal ſy auch mit Notdorfft beſorgen, vnd vor Schaden ſtehen, ſo ir eyner*

## §. XVI.

Reſtat quaeſtio non minoris momenti, ſed itidem ſine difficultate ſoluenda: an vaſalli nobiles, qui a dominis feudorum illuſtribus ad ſeruitia aulica euocati non comparent, aut ea ſine iuſta cauſſa illis prorſus denegant, feloniae rei ſint, ideoque feudis, quae ab illis impetrarunt, iure ac merito priuari poſſint? Ea enim ſine haeſitatione adfirmanda eſt, ſiquidem iuris iam pridem certi ac manifeſti in Germania pariter atque Italia fuit, iniuſtam ſeruitiorum feudalium intermiſſionem, aut denegationem, feudorum priuatione coercendam eſſe [a]. Neque eſt, quod quisquam dubitet, an ſeruitia aulica



*eyner Schade nehme von wegen des Herrn, an deme, do mythe her dient, is ſey an Pherden, adir Gerethe, der ſal alſo lange des Dienſtes frey ſeyn, bas im der Schad beczalt wiert.* IOANNES FRIDERICVS, BOGISLAVS, ERNESTVS LVDOVICVS, BARNIMVS et CASIMIRVS, Duces Pomeraniae, in diplomate de anno CIↃIↃLX. apud eumdem LÜNIGIVM in *Tomo I. Corporis iuris feudalis Germanici pag. 1067. Wann auch Vns oder Vnſern Erben die von der Ritterſchafft vnd Adel in Ehren-Zügen auſſerhalb Landes folgen: So wollen Wir ihnen, wann die Pferde vorgezogen, vnd von Vns oder Vnſern darzu verordneten Raethen nach billigen Werth angeſchlagen, vor ziemlichen billigen Schaden ſtehen. Wir wollen ihnen auch, wann ſie mit Vns innerhalb Landes ziehen, wie obgedacht vor ziemlichen billigen Schaden ſtehen.* Idem iisdem verbis FRIDERICVS I. Rex Sueciae, anno CIↃIↃCCXX. nobilitati Pomeraniae Suecicae promiſit in diplomate, quo priuilegia illius antiqua rata habuit, in LÜNIGII *Parte II. Collectionis von der Landſaeſſigen Ritterſchafft in Teutſchland pag. 295.* Conferatur etiam IO. FRIDERICI SCHANNAT *Clientela Fuldenſis Part. I. cap. III. §. I. num. 3. pag. 42.* et *§. IIII. num. 2. pag. 49.*

a) CAROLVS Magnus in *Capitulari ſecundo anni* IↃCCCXII. *cap. V.* apud BALVZIVM in *Tomo I. Capitularium Regum Francorum pag. 404* ita ſanxit: *Quicunque ex eis, qui beneficium* (feudum) *Principis habent, parem ſuum contra hoſtes communes in exercitum pergentem dimiſerit, et cum eo ire et ſtare noluerit, honorem ſuum et beneficium perdat.* Eadem lex totidem verbis repetitur *Lib. III.* eorumdem *Capitularium, cap. LXXI.* ibidem *pag. 767.* HENRICVS II. Imperator in *conſtitutione de cauſſis amittendi feudi, Libro V. Iuris feudalis Longobardici* inſerta: *Si quis autem fuit, qui domino non ſeruierit, parium laudatione* (ſententia) *beneficium amittat.* CONRADVS II. Salicus in *conſtitu-*

ex eodem iure diiudicanda ſint, cum inſtituta Germaniae feudalia vaſallos nobiles ad ea non minus obligent, quam ad ſeruitia militaria [b]; immo vero aulica in honorem dominorum praeſtari debeant [c], adeoque vaſalli ea ſine cauſſa recuſantes grauem illis iniuriam inferant [d]. Quemadmodum vero de in-
iuſta

*ſtitutione de expeditione Romana pag. 247.* editionis a Celeberrimo GEBAVERO curatae: *Cuicunque autem ſecundum hanc legem eadem expeditio imperetur, ſi ad curiam Gallorum, hoc eſt, in campum, qui vulgo Rungalle dicitur, dominum ſuum non comitetur, et ibi cum militari apparatu non repraeſentetur, feodo, praeter hos, qui cum gratia dominorum remanſerunt, in conſpectu noſtro, absque ſpe recuperationis, priuetur.* FRIDERICVS I. Imperator, in *conſtitutione, Titulo LIIII. Libri II. Iuris feudalis Longobardici* innexa: *Firmiter ſtatuimus tam in Italia, quam in Alemannia, vt quicunque indicta publica expeditione Romam ad ſuſcipiendam Imperii coronam, Regem, aut ſub Rege dominum ſuum non adiuuerit, aut eundo cum ipſo, aut pro quantitate feudi ſtipendia militiae perſoluendo, ſi de vocatione legitima a domino ſuo conuinci per compares ſuos poterit, feudum perdat et dominus in ſuos vſus illud habeat redigendi liberam facultatem.* IDEM Imperator in *ſanctione*, quam *Tit. LV.* eiusdem *Libri II.* exhibet, *§. I. Firmiter etiam ſtatuimus tam in Italia, quam in Alemannia, vt quicunque indicta publica expeditione vocatus a domino ſuo, in eadem expeditione ſpatio competenti temere venire ſuperſederit, vel alium pro ſe domino acceptabilem mittere contempſerit, vel dimidium reditus feudi vnius anni domino non ſubminiſtrauerit; feudum, quod ab Epiſcopo vel alio domino habuit, amittat et dominus feudi in vſus ſuos redigendi modis omnibus habeat facultatem.* Confer IVS FEVDALE SAXONICVM *cap. VIII.* in Domini SENCKENBERGII *Corpore iuris feudalis Germanici pag. 182.* IVS FEVDALE ALEMANNICVM *cap. XVI. §. III.* ibidem *pag. 20.* et IVS FEVDALE LONGOBARDICVM *Lib. I. Tit. XXI. Lib. II. Tit. XXIIII. §. VII. Tit. XXVI. §. XVI.* et *Tit. XXVIII. §. I.*

b) Id quod ex monumentis rerum Germanicarum, quae hactenus in ſcenam protuli, omnibus patet.

c) Satis hoc itidem eminet ex ſuperioribus.

d) Dubitationem omnem, ſi qua adhuc reſtat, vnicuiuis tollet egregius conſuetudinum Germaniae feudalium interpres, nempe AVCTOR *des Richtſteigs des Lehn-Rechts*, qui *cap. XIII.* apud Dominum SENCKENBERGIVM in *Corpore iuris feudalis Germanici pag. 290.* formulam actionis, a domini procuratore contra vaſallos, qui ſeruitia feudalia illi non praeſtiterunt, in iudicio parium curiae inſtituendae, ſuppeditat his verbis: *Herr, ſo euch*
*die*

iusta seruitiorum aulicorum intermissione et denegatione hoc loco sermo est; ita vnusquisque intelligit, felonia eiusque poena absoluendos esse vasallos, qui legitima impedimenta [e] aliasque iustas caussas [f] adlegare et liquido probare possunt.

N Neque

*die maenner nit gedienet haben, oder woellen sy euch nit dienst beweisen, ob sy gleich gut von euch haben, so sprech des Herrn fürsprech also: N. mein Herr, spricht euch zu zu lehenrecht, das er euch gebotten hat seinen dienst, oder hoffart, oder heerfart, oder des landes nodt, vnd ir habt des nicht gethon, so bitte er ein vrteil zu lehenrecht, ob er euch darum nicht moeg zu der Antwurt fordern? Das vind man;* hoc est, ita pares curiae iudicant. IDEM AVCTOR in *cap. XIIII.* ibidem *pag. 303.* sententiam definitiuam, ab illis pronunciandam, indicat verbis: *Ist aber keine Widerred* (si vasallus iustam excusationis caussam proferre nequit) *so frag des Herrn fursprech ein vrteil zu lehenrecht, was der mann damit verlohren hab. So vind man, ist das vm heerfart-oder vmb hoffart-dienst, das gut, das er von dem Herrn hatte vmb des dienstes beweisung.* Ex instituto etiam HENRICVS HILDEBRAND in *dissertationis de Denegatione seruitiorum feudalium cap. I. §. VII. cap. III. §. IIII. V.* et *cap. IIII. §. I.* docuit, nullum inter seruitia vasallorum militaria et aulica, si dominis iniuste denegentur, intercedere discrimen, sed vtrimque feloniam committi, feudorum amissione luendam. Idem agnouerunt BVRCH. GOTTHELFF STRVVIVS in *cap. XVI. Iurisprudentiae feudalis §. XVI. pag. 492.* et IO. LAVRENTIVS FLEISCHERVS in *Institutionum iuris feudalis cap. XVI. §. XXII. pag. 671.*

e) Qualia sunt aetas immatura, aut nimis prouecta, morbus et infirmitas, vitia corporis, quae vasallos ad seruitia ineptos reddunt, captiuitas atque seruitia Imperatori et Imperio praestanda. Vide IVS FEVDALE SAXONICVM *cap. IIII. XXVI. LXXXV.* in SENCKENBERGII *Corpore iuris feudalis Germanici pag. 180. 189. 216. seq.* IVS FEVDALE ALEMANNICVM *cap. XXXXVII. CLII. §. III.* et *IIII.* ibidem *pag. 49. 128.* AVCTOREM *des Richtsteigs des Lehn-Rechts cap. XIIII.* ibid. *pag. 302.* SAM. STRYKII *dissertationem de Immunitate a seruitiis feudalibus cap. II. §. VIII.* et HENRICI HILDEBRAND *dissertationem de Denegatione seruitiorum feudalium cap. II. §. VIII.*

f) Ita IVS FEVDALE SAXONICVM *cap. IIII.* et *XXII.* apud SENCKENBERGIVM citato loco *pag. 181. 187.* et IVS FEVDALE ALEMANNICVM *cap. VIIII. §. III.* et *IIII. cap. LXIII. §. IIII.* ibidem *pag. 25.* et *45.* vasallis licentiam seruitia feudalia dominis postulantibus recusandi concedunt, si inuestituram, aut iustitiae administrationem sine caussa illis denegant, si res, quas ipsis commodauerunt, non restituunt, neque detrimentum, quod in eorum seruitiis, nullo vitio suo, acceperunt, resarciunt. Confer AVCTOREM *des Richtsteigs des Lehn-Rechts cap. XIII. et XIIII.* ibidem *pag. 299. seq.* SAM. STRYKII *dissertationem* paullo ante adlegatam *cap. II. §. V. seq.* et *§. XVI.*

Neque ipso iure in poenam feloniae incidunt, tametsi seruitia dolose detrectauerint; sed, vt caussa in iudiciis feudalibus legitime cognoscatur ac decidatur, leges et consuetudines Germaniae feudales requirunt g. Tantum etiam abest, vt Prin-

*XVI. cap. III. §. II.* et *seq.* HENRICI HILDEBRAND *dissertationem cap. II. §. IIII. V. VII. VIIII. XIII. XIIII. cap. IIII. §. VII.* atque *§. XI. huius commentationis*, vbi alias etiam caussas legitimas inuenies, quae vasallos a necessitate seruitia feudalia ac speciatim aulica dominis praestandi eximunt.

g) Olim caussae et controuersiae feudales ad vnam omnes, adeoque illae etiam, quae ex felonia vasallorum oriebantur, in iudiciis parium curiae cognoscendae, eorumque sententia dirimendae erant. HENRICVS II. Imperator, in *constitutione de caussis amittendi feudi*, quae *Libro V. Iuris feudalis Longobardici* exhibetur: *Si quis ergo*, sanxit, *dominum suum interfecerit, vel vulnerauerit, ipsum dominum suamue dominam obsederit, vel eum cucurbitauerit, vel contra ea, quae in fidelitate nominantur, fecerit, vel his supra dictis consilium dederit, parium laudatione* (sententia) *beneficium amittat. Si quis autem fuit, qui domino non seruierit, parium laudatione beneficium amittat.* CONRADVS II. Salicus in *constitutione de beneficiis, Iuri feudali Longobardico* citato loco itidem adnexa: *Praecipimus et firmiter statuimus, vt nullus miles* (vasallus) *Episcoporum, Abbatum, Abbatissarum, Marchionum vel Comitum, vel hominum, qui beneficium de nostris publicis bonis, aut de Episcoporum praediis nunc tenent, aut tenuerint, aut hactenus iniuste perdiderint, tam de nostris maioribus valuassoribus, quam eorum militibus, sine certa et conuicta culpa suum beneficium perdat, nisi secundum consuetudinem antecessorum nostrorum et iudicium parium suorum.* RVDOLPHVS I. Imperator in diplomate, a LÜNIGIO in *Tomo I. Corporis iuris feudalis Germanici pag. 35.* et SENCKENBERGIO in *Corpore iuris feudalis Germanici pag. 576.* producto: *Ad vniuersorum S. Romani Imperii fidelium notitiam cupimus peruenire, quod anno Domini* CIↃ CC LXXXX. XVI. *Cal. Septembris, indictione tertia, nobis sedentibus pro tribunali apud Erphordiam, praesentibus Principibus, Comitibus, Nobilibus, Baronibus, nec non Proceribus Regni, petitum fuit in iudicio coram nobis, vt sententialiter definiretur, si dominus aliquis habeat vasallum, qui attentat quid contra dominum, et contra quem dominus habeat actionem et ius agendi in iudicio, qualiter contra vasallum domino succurratur. Et exstitit per sententiam, consensu praecipuorum Comitum ac Nobilium, approbatum et legitime definitum, quod ipse dominus suum vasallum, praesentibus aliis vasallis, coram se ad iudicium potest euocare, et cognoscere poterit pro vel contra ipsum vasallum, prout ipsorum dictauerit praesentia* (sententia) *vasallorum.* Confer IVS FEVDALE SAXONICVM *cap. LXVIIII. seq.* apud Dominum SENCKENBERGIVM citato loco *pag. 203. seq.* IVS FEVDALE ALEMANNICVM *cap. XIIII. seq.* ibidem *pag.*

Principes ac Proceres Germaniae ſtatim ad feudorum priuationem deſcendant, vt potius vaſallos nobiles, in praeſtandis ſeruitiis aulicis negligentes, officii ſemel iterumque admonere [h] et, quodſi nihilo minus moram faciant et repugnent, multam tantum illis irrogare ſoleant [i].



*pag. 92. ſeq.* et AVCTOREM *des Richtſteigs des Lehen-Rechts*, qui *cap. XIII.* et *XIIII.* ibid. *pag. 299. ſeq.* priſcum contra vaſallos, ſeruitia aulica aut militaria dominis denegantes, in iudiciis feudalibus agendi modum ſpeciatim deſcribit. Hodie in prouinciis Germaniae, vbi iudicia parium curiae ceſſant, cognitio et deciſio cauſſarum feudalium quarumcumque ſupremis illarum tribunalibus, regiminibus nempe, aut curiis prouincialibus relicta eſt. Vide IACOBI FRIDERICI LVDOVICI *cap. I. der Einleitung zum Lehns-Proceß §. LX. ſeq. pag. 51. ſeq.* et *Tomum I. commentariorum meorum de Iuribus et praerogatiuis nobilitatis auitae cap. V. §. VI. pag 442. ſeq.*

h) ALBERTVS GEORGIVS SCHWARTZIVS in *der Pommeriſchen vnd Rügianiſchen Lehn-Hiſtorie pag. 855.* et *ſeq.* de comitiis prouincialibus anno CIↃ IↃ LXXX. auſpiciis Ioannis Friderici, Ducis Pomeraniae Sedinenſis, Treptouiae celebratis, haec commemorat: *Als ſich aber bey verſchiedenen Faellen des Stettiniſchen Hofes, von der Ritterſchafft eine groſſe Hinlaeſſigkeit an Beobachtung ihrer Pflicht, in denen darzu aufgebotenen Ehren-Zügen (dergleichen z. e. der Stettiniſche Friedens-Congreß zwiſchen denen Nordiſchen Cronen, das vnlaengſt celebrirte Vermaehlungs-Feſtin, auch ſonſt andere Solennitaeten waren) verſpühren laſſen; ſo ward dieſelbe auf gedachten Treptouſchen Land-Tage, zu Abſtellung derſelben ernſtlich ermahnet, mit beygefügten Verſprechen vnd Bedrohen, daß wieder die Landes-Priuilegia zwahr, ſo viel moeglich vnd die Gelegenheit leiden wollte, keiner für dem andern mit Dienſten beſchwehret, aber auch gegen die vngehorſame, gebührende Mittel vnd Ernſt gebrauchet werden ſollten.* IDEM *pag. 863.* de eodem Duce, Ioanne Friderico: *Gleich auf dem Land-Tage Stettiniſcher Regierung, der 1585. zu Treptou an der Rega gehalten ward, ließ der Hertzog eine abermahlige Ermahnung, wegen der bemerckten Hinlaeſſigkeit in denen Roß-Dienſten vnd der Folge zu Ehren-Zügen an ſeine Ritterſchafft ergehen.*

i) IOANNES SCHILTERVS in *cap. VIII. Inſtitutionum iuris feudalis §. X. Quaſi delicto, ſiue ſola culpa atque negligentia etiam priuatur feudo vaſallus, v. g. ſi neglexit renouationem inueſtiturae iuſto tempore, aut ſeruitiorum praeſtationes, rigore iuris. Ex aequitate tamen ſolet, multa dictata, feudum vlterius concedi.* Neque haec dominorum indulgentia noua eſt, ſiquidem HENRICVS II. Imperator in *conſtitutione de cauſſis amittendi feudi, Libro V. Iuris feudalis Longobardici*, inſerta, de ſuo iam tempore teſtatur: *Si quis domino non ſeruierit, parium laudatione* (ſententia) *beneficium quidem amitti, ſed curiali tamen vſu vaſallum id redimere poſſe, pro medietate quantum valuerit.*

§. XVII.

Verum ad id me conuerto, quod officii ratio a me poſtulat. Cum enim SERENISSIMVS ac POTENTISSIMVS REX POLONIAE, et PRINCEPS ELECTOR SAXONIAE, FRIDERICVS AVGVSTVS, Pater Patriae, Muſarum Protector ac Nutritor longe Indulgentiſſimus, prouinciam iura publice extra ordinem docendi in celeberrima hac Academia clementiſſime mihi adſignauerit, ea ex more inſtitutoque maiorum a me erit ſuſcipienda. Fiet id proximo die Mercurii, hora VIIII. qua in auditorio Iureconſultorum Spartam, Regia Clementia mihi demandatam, oratione *de iure ac dignitate cathedrae academicae* ingrediar. Quam vt RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, CELSISSIMVS PRINCEPS, ILLVSTRISSIMVS LANDGRAVIVS, COMITES ILLVSTRISSIMI, PROCERES VTRIVSQVE REIPVBLICAE SPECTATISSIMI, et GENEROSISSIMI ac NOBILISSIMI ACADEMIAE CIVES praeſentia ſua ſplendidiſſima atque honorificentiſſima exornare velint, ea, qua decet ac par eſt, animi ſubmiſſione, obſeruantia et humanitate, etiam atque etiam rogo, contendo, inſigne clementiae et fauoris argumentum ſummo reuerentiae cultu, et quibusuis officiorum generibus, quae ab homine grato aut deſiderari aut exſpectari poterunt, aetatem compenſaturus. Dabam Lipſiae d. XVIIII. Sept.

A. S. R. CIƆ IƆCC XXXXIIII.